ff. de jurejur. & c.2. de pactis, in 6. ff. & l. Si dolo C. de inutilibus: ergo contractus metu celebratus est nullus. 6. Prob. sine consensu contractus nullus est, ejus enim substantia in consensu consistit, *l. Obligationum, ff. de act. & oblig.* ut ubi metus adest deficit consensus: *reg. Nihil consensui* 117. *ff. de reg. jur.* ibi, *nihil consensui tam contrarium est quam vis, atque metus, & c. Cum locum, de sponf.* ibi, *cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit*: ergo 7. quia vim inferens, metuque extorqueens, furti, rapinæque reus est: ergo instar furis nullum rei sic ablatæ dominium comparat, nec acceptio illa valida est. Ultimo, quia metus in se habet ignorantiam, *l. Si cum exceptione*, 14. §. *In hac actione, ff. de eo, quod metus caus.* ibi, *ignorantiam cum metus habeat in se ignorantiam*: sed ignorantia est consensui contraria, *l. Si per errorem ff. de jurid. omn. jud.* ergo contractus metu initus, tamquam consensu carens, est ipso jure nullus. Hanc sent. videtur tenere *Bart. d. Metum autem præsentem*, 9. §. *Volenti*, 2. *ff. de eo, quod met. caus.* ubi ait, illud ratum non habebo, quod ait prætor, *l. 1. ff. eo t.* intelligi nullo tempore; & ita antequam veniatur ad judicium: ratum non habere: et in judicio declarare, irritum esse. Et tenet *Fortunius tr. de ult. fi. illat.* 21. *n.* 387. & *seqq.* Et ex Theolog. tenent idem *Soto d. 8. de justl. q. 2. a. 7. in fol. ad 3. vers. Seriosus tamen argumentum. Palacios lib. 4. de contract. c. 9. §. Dixerim igitur*, P. *Molina*, *t. 2. de justl. tr. 2. disp.* 326. *in solutione ad 2. Carbon. de resf. q.* 46. *concl.* 5.

3 Hinc intertur *Fortun. ea illat.* 21. *n.* 449. & P. *Molin. d. solut. ad* 2. minime transferri dominium per contractum metu initum. Prob. ex *l. Metum autem præsentem*, 9. §. *Volenti*, ibi, *volenti autem detur*, & *in rem actio*, & *in personam*, & §. *Licet*, ibi, *licet etiam actionem in rem dandam existimamus. Quia res in bonis ejus est, qui vim passus est, ff. de eo quod met. caus.* ergo cum metum passus habeat actionem ad rem ipsam, & in bonis ejus permaneat, non transfertur dominium in accipientem. 2. Quia res illa cum fructibus restituenda est metum passo, at si accipiens esset verus dominus, non teneretur fructus restituere: cum ii justo titulo transiertur dominium, *l. Nunquam, ff. de acquir. rerum dominio*: titulus autem hic est omnino injustus. Et confirm. quia ratione tituli injusti non acquirit usurarius dominium, juxta frequentiorem sententiam: cum tamen adsit consensus voluntarius dantis pro mutuo, & tradito, ergo quamvis in contractu metu extorto adsit voluntas, & traditio, non transfertur dominium; quia in utroque eventu titulus injustus est. 4. Quia si transferatur dominium fundi per metum dati Titio, si hic anteriores creditores habeat, quibus solvendo minime sit, præferentur in illo, tamquam in bonis Titii, quod omnino falsum esse, ambiget nemo. 5. Quia plus desideratur ad transferendum dominium rei alicujus in alterum, quam ad abdicandum a se jus, & concedendum illud alteri ad eam rem: cum dominium plus sit quam jus, & ad illud transferendum, non satis sit promissio absque traditione: Ad hoc autem sufficit. Sed per traditionem metu factam non ausertur jus metum passi, nec alter jus retinendi comparat: ut constat, ergo a fortiori nec dominium. Ultimo, quia si metum passus, rem illam propria authoritate recuperaret absque scandalo, minime peccaret: ergo manet ejus dominus: alias non daretur rei vindicatio.

4 His tamen minime obstantibus, contraria sent. est tenenda, valere contractus metu initos, esse tamen rescindendos, actione quod metus causa. Prob. 1. ex *l. Si mulier*, 21. § *Si metu coactus, el 2. ff. de eo quod met. caus.* ubi *si metu coactus adrui hæreditateni, puto me hæredem efsici. Quia quamvis si liberum esset, noluisjem, tamen coactus volui: Sed per prætorem restituendus sum.* Et *l. Si met. caus.* 84. *ff. de acq. hær.* ibi, *si metus causa adeat aliquis hæreditatem, fiet, ut quia invitus hæres existat, detur abstinendi facultas.* 2. Quia substantia contractus consistit in consensu, & voluntate, *l. Obligationum substantia ff. de act. & obl.* sed in consensu metu extorto est verus consensus, veraque voluntas *l. Si mulier*, § *Si metu coactus, el 2. ff. de eo quod met. caus.* ergo 3. Prob. ex *l. 1. ff. de eo quod met. caus.* ibi, *eiis Prætor, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo*: verbum autem futuri, non significat esse ipso jure irritum, sed irritandum: teste *Tiraquello cum multis, l. Si unquam, verb. Revertatur, n.* 39. *C. de revocandat.* Et confirm. quia ibi Prætor promisit actionem, seu exceptionem, quod metus causa, ut gesta meta rescinderet. Ut constat ex *l Metum*, 9. § *Sed quod Prætor*, & § *Volenti, ff. eodit.* ergo supponit mero jure valere: non enim soleat competere exceptio, nisi ut eliidatur actio, quæ mero jure competit, *l.* 2. *ff. de except.* & tradit *Jas. l. Si unus*, § *fi. n* 7. *ff. de pacl.* resolvitque *Cov. reg. Possess. 1. p. in princ. n.* 4. & 5. 4 prob. ex *instit. de except. in princ.* ibi, *si metu coactus Titio stipulanti promisisti, quod non debuerat promittere, palam est jure civili te obligatum esse* 5. prob. ex *l. fi. C. de his quæ vi*, ibi, *venditiones, donationes, transactiones, quæ pre potentia extortæ sunt, præcipimus infirmari*: ergo valent mero jure, & juris remedio infirmandæ sunt. Et confirm. ex *l. 56. t. 5. p. 5.* ibi, *por miedo, o por fuerza comprando, o vendiendo deve valer, antes dezimos que deve ser de fecha la compra*: ergo valet mero jure 6. prob. ex *c. 2. de his quæ vi*, in fin. ibi, *quæ metu & vi fiunt, de jure debent in irritum revocari*. Ergo tantum sunt revocanda, & dum non revocantur, sunt rata. Ultimo probatur, quia vel tales contractus metu celebrati, sunt irriti jure naturali: & hoc non. Ut bene docent *Soto*, 4. *d. 29. q. 1. a. 3. vers. Ad secundum simili modo respondetur*, & *vers. Ad tertium pariter respondetur*, *Carbon, de resti. q.* 46. *concl.* 4 *Errig. l.* 11 *de matr. c.* 9. *n.* 4. *Petr. de Ledes. de matr. q.* 47. *ar.* 3. *dub.* 1. *in solutione ad* 3. & 4. *ex argumentis positis in primo loco f.* 214. *col.* 2. & late videbimus disp. 14. dum disputaverimus, an matrim. coactum, sit jure naturali validum. Non etiam sunt irriti jure positivo: ut probant omnes textus allegati: ergo sunt metu junctiva. Et ideo hanc sent. ex DD. juris Pontificii, tenent re validi. Et ideo hanc sent. ex DD. juris Pontificii, tenent *Sanchez, d. Super hoc, de renunc. verb. gl. c. un. de his quæ vi in 6. n. 6. ab. 1.* & *c. Super hoc, de renunc. verb. Resignationis*, & *c. 2. verb. Coactus de his quæ vi. Goffred. sum. t. Divis quæ vi, n.* 5. *Hoss. c. 2. de his quæ vi*, ubi *Jo: And. n.* 3. *Ant. n.* 7. *Anch. n.* 3. *Abb. n.* 7. *Immola n.* 3. *Culdesinus t. de his quæ vi, cons. 1. n. 2. Card. Clem. 3. §. Sane, oppositione* 3. *de pœnis, Jo: Monachus c. un. n. 2. de his quæ vi, in 6. Idem Abb. c. Cum locum, n.* 7. *de sponf.* & *ibi Alex. de Nev. n.* 4. *Prepos. n.* 7. *idem Anchar. c. Veniens el 2. n. 6. de sponf.* & *cons.* 382. *in prin. Felin. c. Preterea n.* 35. *de sponf. Dec. c. Caus. matr. n.* 5. *de offic. del g. Beroi. c. In presentia, n.* 120. *de probat. Rosella verb. Impedimentum, impedimento* 10. *n.* 5. *Ang. verb. Metus, n.* 7. ubi *Sylv. q.* 8. *Tab. verb. Coactio, q.* 4. *n.* 5. & *ibi Armill. n.* 4. *Nav. c. Accepta, de restit. spoliat. oppositione* 5. *n.* 7. & *sum. c.* 22. *n.* 50. *Jacobatius de concil. l.* 4. *d.* 4. *n.* 118. *Carrerius l.* 4. *de sponf. c.* 9. *init. Ant. Cucus l.* 5. *institut. major. t.* 12. *n.* 112. *init. Guttier. de jur. 1. p. c.* 57. *n.* 21. *Flaminius de resign. benef. l.* 13. *q.* 2. *n.* 9. Et ex Doctoribus juris Cæsarei, *gl. l. 1. verb. Irrita, C. de rescind. vend.* & *l. Si mulier. verb. Ullum, ff. de eo, quod met. caus.* & *l. 1. verb. Non valet, ff. de author. tutor. Bald. l. Si vi, in fi. C. de his quæ vi, Paul. ibi n.* 2. *fal. f. Interposita, n.* 2. *C. de transf.* & *l. Titia, n.* 6. *ff. de verb. obl. Romanus, d. d. Interposita, n.* 1. & *ibi Curtius junior, nu.* 1. *Socin. junior, cons.* 77. *n.* 20. *vol.* 1. *Signorolus, cons.* 75. *n.* 22. *Alcia. l. 1. re, sponf. resp.* 5. *num.* 2. & *cons.* 5. *init. Barbat. cons.* 60. *nu.* 4. *vol.* 1. *Grammaticus decis. Neapolitana* 103. *n.* 67. *Sebastian. Medicis de casibus fortuitis, q.* 7. *n.* 62. habetur *to.* 7. *tr. novorum, Vincent. Paleot. de dote, n.* 47. habetur *to.* 9. *eorumd. tr. Bald. Novellus de dote p.* 6. *priv.* 39. *n.* 1. *Berch. in repertorio, lit. M verb. Metus non præsumitur, sub n.* 80. *vers. Metus non reddit. Martinus de Garatis inter cons. matr. Zileti, cons* 15. *n.* 13. *Ant. Gom. t.* 3. *var. c.* 4 *n. n. n. ad fin. casu* 6. *Greg. Lop. l.* 56. *verb. Dessecho, t.* 5. *p.* 5. *Ant. Gabr. to.* 2. *communis in mea edit. l.* 11. *verb. Metus, vers. Metus contractum, f.* 106. *col.* 1. *Menoch. cons. 2. n.* 17. *vol.* 1. *Riminaldus cons.* 5. *n.* 32. *vol.* 1. *Bursatus, cons.* 72. *n.* 21. *vol.* 1. *Padilla, l. Interpositas, n* 4. *C. de transf. Serapionus de privileg. jurament. privil.* 110. *init. Barb. ff. jol. matr. rubr.* 4. *p. n.* 28. Et ex Theologis, *Ricard.* 4. *d.* 29. *a.* 1. *q.* 2. §. *Qui vult tenere opinionem, Palud.* 4. *d* 15. *q.* 2. *ar.* 5. *n.* 32 *Soto* 4. *d.* 29. *q.* 1. *a.* 3. *vers. Ad secundum simili modo*, & *vers. Ad* 3. *pariter Enrig. l.* 11. *de matr. c.* 9. *n.* 4. *Philiarc. de offic. sacerd. t.* 1. *p. d.* 2. *c.* 6 *Petr. de Ledes. de matr. q.* 47. *a.* 3 *dub.* 1. *in fol. ad* 3. & 4. *ar. arg. propositis in primo loco, f.* 214. *col.* 2. *Lud. Lop. 2. p. instructorii, materia de matr. c.* 40. *f.* 1065. §. *Ad* 2. & §. *Preterea ad* 4.

5 Hinc infertur per contractus metu gravi celebratos transferri dominium. Prob. quia validi sunt, alias si per venditionem metu factam, dominium non transferretur, irrita esset. Sic docent *gl. c. unic. de his quæ vi in 6. notabili* 1. & *c. Super hoc, de renunciatione*; *verb. Resignationis, Goffred. sum. t. de his quæ vi, n.* 6. *Immola c.* 2. *de his quæ vi, n.* 4. *Paull. Si vi, n.* 2. *C. de his quæ vi, Nav. c. Accepta, de rest. spoliat. oppositi.* 5. *n.* 21. & 22. *Palud.* & *Petr. de Ledes. et. n. pre fin.* Et probatur, quia per traditionem desinit tradens esse dominus, per traditionem enim transfertur dominium, quando concurrit titulus, qui jure invalidus non est, *l Traditionib. C. de pact.* §. *Per traditionem, inst. de rer. divis.* Sed hic concurrit traditio, & titulus, qui ex contractu per metum celebrato acquiritur, non est nullus ipso jure, sed venit rescindendus, ut probavimus, num. præc. ergo transfertur dominium.

Aliqui tamen casus excipiuntur, in quibus metu facta, ipso jure irrita sunt, de quibus est videnda *gl. c. 2. de his quæ vi, verb. Coactus*, & ibi scribentes. Et specialiter de resignatione beneficii metu facta, est consulendus *Nav. c. Accepta, de restit. spliat. tota oppos.* 5. & *Flaminius de resig. benefic. l.* 13. *q.* 2. Et de testamento metu facto, an nullum sit? specialiter videndi sunt *Menchac. de succession. creat.* §. 17. *n.* 5. & *seq. Padilla l. Interpositas, C. de transf. n.* 4. *Bursatus cons.* 72. *n.* 22. *vol.* 1. An autem jurisdictionis concessio metu extorta valeat? dixi *l.* 3. *d.* 39 *n.* 13.

Non refert autem, ut contractus metu celebratus rescindatur, sive is in cujus favorem contractus celebratus est, metum gravem intulerit, sive alius. Quia res illa metu acquisita, tranlit eo vitio affecta in quemcumque possessorem: ut habetur expresse *l. Si cum exceptione*, 14. § *In hac actione, ff. de eo quod met. caus.* ibi, *in hac actione non quæritur, utrum is qui conventus, an alius metum fecerit, sufficit enim hæc docere metum esse sibi illatum*, & *ego hæc re eum, qui convenitur, & si crimine caret, lucrum tamen sensisse.* ubi *gl. verb. Lucrum*, ait idem esse, si ex causa non lucrativa. Idem habetur *eadem l.* § *Pedius*, & docet *gl. de his quæ vi, verb. Coactus*, & *ibi Hostiens. paulo post prin. super verb. Coactus*.

Temperandum tamen est quod diximus, rescindendos esse contractus metu cadenti in constantem virum celebratos, ut intelligatur, nisi metum passus inciderit culpa sua in metum. Prob. ex *l Continet* 3. § *Sed vim, ff. de eo quod met. caus.* ibi, *sed vim accipimus atrocem*, & *eam quæ adversus bonos mores fit*, & *l. Si mulier* 21. *ff. eod. t.* ibi, *si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingratam, cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiserit ne in servitutem redigatur, cessat edictum: quia hunc sibi metum ipsa infert*. Ubi *gl. verb. Quia*, ait non obstare *l. Nec timorem*, 7. *in fin. ff. eod. t.* ibi, *sed & sine probatur ab eo, qui deprehendit, alienaverit, succurri ei per hoc edictum videtur: quia hic justè faciebat patronus revocando, ibi autem, delinquebat accipiendo*. Ratio est manifesta, quia contractus metu initi rescindunturratione injuriæ illatæ metum passo, quæ omnino cessat, cum metus justè infertur. Sic tenent *gl. c. Ae ejus, verb. Irrita d.* 5. & *c.* 2. *de his quæ vi, verb. Coactus*, ubi *Hostiens. super verb. Revocari*, & *ibi Abb. nu.* 8. *Immola, n.* 3. *Præp. in. Bart. d. Qui in carcerem, n.* 1. *ff. de eo, quod met. caus.* & *ibi Bald. statim in principio, Goffredus sum. tit. de is quæ vi n.* 3. *Card. in. c. Veniens, el 2. n.* 2. *de sponf. Alex. de Nevo c. Cum locum, n.* 15. *de sponf. Alex. cons.* 99. *in princ. vol.* 3. *Rebuf. 2. to. consit. tit. de rescissione contractuum, gl.* 12. *n.* 7. *Rosella verb. Metus, n.* 2. ubi *Angel. n.* 10. *Sylv. q.* 6. *Tabiena verb. Coactio, q.* 8. *n.* 9. *Nav. lib.* 3. *consil. in* 1. *edit. tit. de regul. cons.* 27. *n.* 2. & 3. *in* 2. *lib.* 1. *tit. de his quæ vi cons.* 8. *n.* 2. & 3. *Gutier. de juram. 1. p. c.* 57. *n.* 5. *Bursatus cons.* 72. *n.* 59. *vol.* 1. *Flaminius de resignat. benef. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 125.

9 Contra hanc tamen limitationem fortiter urget doctrina *gl. fin. c. Veniens, el 2. de sponf.* ubi per illum textum docet, subveniri metum sua culpa patienti. Quem sequuntur ibi, *Hostiens. ad fi. super verb. Nisi metu coactus, Jo: And. n.* 8. *Ant. n.* 4. *Anch. n.* 7. *Card. n.* 1. *Henricus, n.* 1. *Præpos. n.* 2. *Villalobos in communibus opin. lit. M verb. Metus, n.* 7. *Nav. sum. c.* 17. *Hisp. n.* 14. *Lat. n.* 15. 2. urget doctrina *Host. c. fin. de appell. statim in principio*, & *Jo: And. n.* 1. *Card. in fin. Ant. n.* 7. *Anchar. n.* 1. *Abb. n.* 1. *Henric. n.* 2. *Alex. de Nevo n.* 2. *Franc. n.* 2. *Immola, n.* 2. Afferentium excusare metum justum patientis illum sua culpa, ne appellationem interponat coram judice a quo. Sed prior doctrina non obstat. Intelligitur enim, quando metum passus culpæ reus fuit, sed metus injustè, & non juridice incutitur: tunc enim subveniri metum patienti culpa sua, juxta *l. Nec timore, ff. de eo quod met. caus.* Nostra autem limitatio procedit, quando metus absque injuria infertur: juxta *l. Si mulier, ff. eo tit.* Et ita concilia vit hos textus *gl. d. d. Si mulier, verb. Quia, Goffredus sum. tit. de his quæ vi, nu.* 3. *Host. Veniens, el 2. de sponf. ad fi.* ubi *Jo: And. n.* 8. *Ant. n.* 7. *Henr. n.* 1. 2. & 3. Et ita se explicarunt *Rosella verb. Metus, n.* 2 ubi *Ang. n.* 10. *Sylv. q.* 6. *Tabiena verb. Coactio, q.* 8. *n.* 9. dicentes, valere contractum metu justè incusso celebratum: ut si maritus minetur uxori accusationem de adulterio, secus si injustè incutiatur metus, ut si mortem privata authoritate minetur. Idem *Alex. cons.* 99. *n.* 1. *vol.* 3. ubi ait, *d. d. Si mulier*, procedere, dum quis timet pœnam jure sibi inferendam, secus quando per privatum infertur. Et in hoc casu procedit, *d. c. Veniens*, cui prior illa doctrina innititur. Quia pater volebat interficere juvenem inventum cum filia, cujus timore juvenis eam duxit. De quo etiam dicemus disp. seq. n. 9. Nec obstat posterior doctrina. Quia ea intelligitur, ut non debeat considerari culpa metum passi, ad appellationem: quando metus in eo casu injustè infertur, secus si justè: ut bene explicat *Decius cod. c. fin. de appellat. n.* 9. egregie significarunt *Ant. ibi, n.* 7. *Immola, n.* 2. ubi asserunt, adeo culpam metum passi excusare, si ob metum non appellet coram judice a quo: quia de jure nequit talis metus inferri, quamvis enim pars provocasset judicem, at judex ægre ferre non debet appellationem. Quare si justè judex metum incuteret, non excusaret appellantem: ut docet *Bart. l. De pupillo*, § *Si quis ipsi, n.* 17. *ff. de operis nov. nuntiat. Alex. de Nev. d. c. fin. n.* 20. & *ibi Præpos. n.* 6. *Francus n.* 6.

10 Tandem resp. arg. prioris sent. propositæ n. 2. Ad 1. dico cum *gl ead. l.* 1. *verb. Irrita*, Intelligi, id est irritanda per actionem, quod metus causa. Nam in jure irritum dicitur, quod ex causa supervenienti infirmatur & rumpitur, § *Alio quoque modo, instit. Quib. mod. testam. infirm.* quia in effectu vires non habebit, eo quod rescindendum sit. Ad confirm. respondetur eodem modo: dum enim dicit, *no valdria*, non intelligit ipso jure, sed quia rescindenda est. Quod manifeste declaratur, per *l. 56. t. 5. p. 5.* ibi, *por miedo, o por fuerza comprando, o vendiendo, no deve valer antes dezimos que deve ser de fecha la compra*. Et statim addit Otro *si dezimos que puede ser de fecha la vendida, que fuere fecha por menor de la meitad de el justo precio*: unde apparet ea verba, *no deve valer*, explicari, idest, cum effectu. Ad 2. respondetur cum *gl. ibi, verb. Fallent*, & *verb. Non furi*, omissis aliis solutionibus, quas affert: detectu animi adeundi non valuisse, & ita dicit textus, *fallent*: præmiserat enim occulte protestationem se nolle adire. Additio autem ex animo adeuntis pendet, *l. Gerit, § Pro hærede, ff. de acquir. hær.* & quamvis actus ex duorum voluntate pendens non impediatur protestatione occulta præcedente, *l. Cum plures, § Locator, ff. locati*, & dixi late *l. 2. disp.* 45. *n.* 19. at *Bart. l. Qui in aliena, § Celsus ff. de acquir. hær. & l. Non solum, § Morte, ff. de novi oper. nunciat.* commemorat additonem hæreditatis inter actus, qui ex unius solum voluntate pendent. Et hæc interpretatio est communis, teste *Alciat. cod. § Morte n.* 79. Ceterum non caret difficultate, quia in additione hæreditatis negotium inter duos geri videtur: obligari namque dicitur hæres hæreditati, *l. More, ff. de acquir. hær.* Et hæres quasi contrahit cum legatariis, & creditoribus, § *Hæres, inst. de oblig. quæ ex quasi contrall.* Et ita magis debet assimiliari actibus, qui inter duos geruntur. Et ideo retenta eadem solutione, videtur hæc protestatio clancula, gesta inter duos. Quia defectus animi non constitit ex sola protestatione, sed ex vi & metu prius illato servo, cujus causa additionis tempore durabat, & ideo non potuit protestatio contrario actu tolli: excusat etiam protestatio clancula, quando adest justa causa sic faciendi, ut metus: ut dixi ead. d. 45. n. 22. Ad 3. dico cum *Gutt. de juram. 1. p. c.* 57. *n.* 21. ultra metum adeste ibi dolum, & calliditatem pessimam illius, qui injustè detrusit in carcerem, gravius delictum admittit, quam alius metum incutiens, sub prætextu enim justitiæ fallo asseveratæ, constituit judicum, qui jus reddere unicuique tenetur, instrumentum iniquitatis. Ad 4. dic esse speciale in jurisdictionis prorogatione, non enim valet metu extorto: ut dixi *l.* 3. *d.* 39. *n.* 39. Ad 5. dicunt quidam: esse latum discrimen: nam ubi adest dolus, deficit consensus, ubi vero metus, non. Sed hanc solutionem optime reprobant *Bart ea l. Et eleganter, in princ. n.* 6. & *Cov. reg. possessor 2. p.* §. 6. *n.* 6. *v. Septimo*, nam in eo dolo non deficit substantialis consensus, alias contractus stricti juris essent invalidi, quando eis dat causam dolus: cujus contrarium est certissimum. Item quia matr. tali dolo contractum est validum. Ideo dic cum *Bart. ibi* aliud esse in simplici dolo, aliud in eo, qui inest metui: nam contrahens metu non erat in causa consensus, sed illam novit, ideo valet contractus: is vero, qui consentit propter dolum, erat in causa consensus, unde consentit sub quadam conditione, si verum est illud, propter quod inducitur ad contrahendum, quod cum verum non sit, facit desinere consensum: & hoc in bonæ fidei contractibus, in quibus habetur ratio de eo, quod est æquum, licet non deductum sit in pactum § *Actionum, instit. de act.* at in contractibus stricti juris, licet quis inducatur per dolum, verum est hunc consensisse, & licet fiat ex causa, in qua eravit, illa causa est extra contractum, & ideo in his contractibus, qui stricte considerantur, illa causa non attenditur de juris rigore. Ad 6. dico non esse consensum omnino liberum & spontaneum. Ad 7. nego esse rapinam, vel furtum, quando solum metus incutitur. Habetur *l. Si cum exceptione* 54. § *Qui vim, ff. de eo quod met. caus.* ibi, *qui vim intulit, cum possessionem a me sit consecutus, fur non est, quamvis qui vi rapuit, fur improbior esse videatur*. Ad ultimum, dico textum non velle metum passum errare, & ignorare quid agat, sed tantum justè ignorare, quis metum intulerit, cum talia nocte, vel clanculo fiant. Ut bene *ibi gl. verb. Ignorantiam*.

Superest respondere ad arg. propositæ n. 3. quibus prior sent. probat per contractum metu extortum non transferri dominium: Ad 1. respondet *Goffredus sum. t. de his quæ vi, n.* 6. & *Paulus l. Si vi, n.* 2. *C. de his, quæ vi*, quamvis vendens per metum transferat dominium, at eodem instanti de æquitate prætoria restituitur utile eidem vendenti, propter quod res non videtur exiisse de mat. suo. Et ita *Gl. eo* § *Licet, verb. In bonis*, ait, *scilicet fictione juris*. Vel melius respondetur actionem hanc quod metus causa, esse mixtam: quia non tantum datur adversus metum inferentem, sed etiam adversus rem ipsam, apud quemcumque possessorem existat, *l. Si cum exceptione*, § *In hac actione, ff. de eo quod met. caus.* Et quia qui actionem habet ad rem, rem ipsam habere videtur: *reg. Qui actionem*, 15. *ff. de reg. jur.* ideo in bonis metum passi dicitur esse. Ad 2. fateor restituendam esse rem cum fructibus non eo quod dominium in accipientem non transiverit, sed quia conceditur a jure restitutio in integrum, *c. 2. in fin. de his quæ vi*, ibi *quia quæ metu & vi fiunt, de jure debent in irritum revocari, mandamus eum integritate restituas universa*. Ad 3. dico ad acquirendum dominium requiri una cum consensu, & traditione, titulum justum, idest, titulum cui non resistat jus ipsum annullans: & hujusmodi est titulus acquisitus per contractum metu initum, quamvis injustitiam in se metus injuste illati contineat. Ad confir. titulus usurarius est omnino invalidus: at titulus metum inferentis est ipso jure validus, & tantum est annullandus ope exceptionis. Ad 4. nego sequelam: quia resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptoris *l. Si ex duobus*, 6. §. *Sed* & *Marcellus, ff. de in diem addictione*. Cum ergo actione quod metus causa resolvatur jus accipientis per metum, & in integrum restitutio illius rei concedatur metum passo, ut diximus, resolvitur jus creditorum illius possessoris in illam rem. Ad 5. dico majorem in æquivoco laborare, si enim sit sensus, plura requiruntur ad transferendum dominium, quam jus ad rem, vera est, ut bene ibi probatur: si autem sit tenius, plus requiritur ut homo efficiatur dominus alicujus rei, quam ut habeat jus retinendi, & alter omni actione ad rem spolietur: est falsa. Quia ad dominium, satis est traditio cum titulo jure ipso valido: ad aliud vero, requiritur titulum omnino esse justum, nec rescindibilem. Ad ultimum, concesso antecedenti, negatur consequentia: id enim non evenit, quasi concedatur rei vindicatio proprie loquendo: sed quia actionem habet metum passus ad rem illam recuperandam. Ut equum mihi promissum, cujus dominus nondum effectus sum, possum occulte absque scandalo capere, quando alias obtinere nequeo: eo quod actionem habeam ad illum, sitque mihi debitus. Similiter licet metum passus non maneat dominus rei metu ab illo extortæ, at quia sibi est debita, potest occulte recuperare.

DISPUTATIO IX.

An, sicut in foro externo extorta per metum levem non rescinduntur, sed tantum quando est cadens in constantem virum, ita in foro conscientiæ observandum sit, atque adeo extorta per metum leve non sint necessario restituenda in foro conscientiæ?

SUMMARIUM.

Referuntur tres sententiæ, num. 1. 2. & 3.
Et sententia authoris, 4.
An saltem officio judicis succurreatur metum leve passo, 5.

Restituendi obligatio consurgit, quamvis possessor rei metu extortæ, immunis culpæ metus sit, 6.
Quid si metus incussus non sit ad extorquendum donationem, vel contractum, 7.
Quid, si metus iuste incutiatur, quia minatur aliquis damnum, quod iuste, & absque injuria inferre potest, ut non ero tuus amicus, vel non opem feram, 8.
An potens iuste accusare, teneatur restituere extortum, ne accuset: Et explicatur l. ult. fin. t. 14. p. 6. n. 9. Et ibi, quid si fide minaretur se accusaturum, Et quid, de viro minanti mortem, vel accusationem adultero deprehenso cum uxore.
Quid, si reciputat aliquis pretium, ne deferat crimen perpetrandum, 10.
Metus reverentialis an obliget ad restituendum eo extorta, 11.
Quis dicatur metus reverentiæ, ut obliget ad restituendum, 12.
Renunciatio hæreditatis an facta metu reverentiæ paternæ, valeat in conscientia, 13.
Fidejussio uxoris facta metu reverentiali viri, an valeat in conscientia, vel possit ipsa bona abscondere, sitque necessaria relaxatio juramenti: Et quid, quando ob egestatem abscondit necessaria ad victum: n. 14. Ubi an fidejussio uxoris non servatis solemnitatibus juris, valeat in conscientia, & si solvat, teneatur alter restituere?
An uxor promittens viro mortis vicino se soluturam ejus debita, teneatur in foro conscientiæ solvere, sive jurarit, sive non, & si solvat, an teneatur alter restituere: Et quid, si dicat illi: Lege quicquid volueris, nam ego solvam, 15.
Quid si filius promittat patri in eo articulo constituto, se solutorum ejus debita, vel legata, & quando possit, si minor sit, implorare beneficium restitutionis, sive jurarit, sive non, n. 10. ubi an possit minor in donatione, aut fidejussione restitui.
Quid si creditor partem debiti alicui remittat, desperans se alias recuperaturum, an sit tutus debitor? Et quid, si dicat se esse paratum ad solvendum, cum tamen non sit, n. 17. Et ibi, quid, si quidam tertius conveniat creditorem, illi dicent, mihi, ut tibi debitum solvatur, si partem remittas.
Quæ precibus importunis obtenta, obligant ad restitutionem, similiter obligant, si metu reverentiali extorqueantur, 18.
Et solvuntur argum. 19.

1 QUadruplex sententia. I. negat extorta per metum levem, esse necessario restituenda. Prob. quia leges ob metum levem non concedunt rescisionem, nec restitutionem, ut constat ex *toto t. ff. de eo quod metus causa*, & ex *reg. Vani, ff. de reg. jur.* & hæ leges justissimæ sunt: ergo in utroque foro servandæ. Sicut de legibus præscriptionis verissima sent. habet. 2. quia quando sententia judicis non initiatur falsæ præsumptioni, ea sententia in utroque foro obligat, & est servanda, sut dixi l. 1. disp. 5. n. 20.) Sed cessante falsa præsumptione consensus, quamvis constet judici consensum extortum esse metu levi, & ita non fuisse omnino liberum, decernere donationem, & quemcumque alium contractum eo metu extortum, esse validum, & nullum esse locum restitutioni. Ergo idem dicendum est in foro conscientiæ, 3. quia major libertas requiritur in matrim. quam in donatione, & quocumque alio contractu, ut constat: in aliis enim contractibus admittitur pena, quæ tamen omnino excluditur a matr. propter eius libertatem, *c. Gemma, de sponf.* Sed matr. metu levi contractum non irritatur in foro conscientiæ: ergo similiter alii contractus, & donationes. Hinc tenet *Medina, C. de restit. q. 3. causa 2. vers. Si fiat remissio*, ubi ait, remissionem, & donationem ex metu gravi esse invalidas, nec reddere rutum donatarium, & eum cui remissio concessa est; secus si esset metus levis.

2 II. Sententia, ait nullum esse discrimen inter utrumque forum, sed in foro externo non dari actionem quod metus causa, contra tertium possessorem, qui injustitiæ metus particeps non fuit, nisi metus cadat in virum constantem: concedi tamen adversus metum inferentem, quamvis metus levis sit. Similiter etiam in foro conscientiæ extorquentem rem metu levi, teneri restituere; alium autem possessorem rei illius, qui omnino expers fuit culpæ metus illius levis, non teneri restituere. Prob. 1. ex doctrina *Baldi, I. Fidejussor. §. Pater Stii, ad fin. ff. de pignor. & Roman. l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 11. ff. sol. matr.* ubi dicunt, metum reverentialem absque minis rescindere contractum, cum eo, cui debetur reverentia, intum: secus cum alio. 2. Quia obligatio hæc restituendi consurgit ex injuria illata, nullam autem intulit possessor culpæ metus expers. 3. Quia alias votum metu levi emissum, esset irritum: contra verissimam omnium sententiam. Quia Deus quoad recipiendum votum, debet nobiscum justitiæ leges servare: Nam instar personæ privatæ jus comparat ex hominum promissionibus. Hanc tenent *Sarmiento lib. 2. select. c. 11. a n. 6. usque ad 11.*

3 III. Sententia, ait extorta metu levi esse restituenda, in actibus gratuitis, ut in donationibus, eleemosynis mutuis, secus in contractibus onerosis, ubi non intervenit mera gratia, sed do, ut des, facio, ut facias, &c. Prob. quia cum in illis sit mera gratia, major desideratur libertas, quam in his, ubi utrinque est commodum, & onus. Hanc tenent *Lud. Lop. 2. p. inst. de matr. c. 40. §. Porro, & hic*, Favent *Tabiena verb. Coactio, q. 7. n. 8. Armilla ibi in fine*, ubi ajunt in hac quæstione considerandas esse circumstantias rerum, & contractuum.

4 IV. Sententia (cui tamquam veriori adhæreo) indistincte docet extorta per metum levem, qui est causa sine qua non, esse in foro conscientiæ restituenda. Prob. 1. quia quamvis jus civile non concedat in hoc casu actionem, nec contractus rescisionem, id tamen est ad vitandas lites, quæ passim suboriri possent, cum metus levis facillimo negotio probari valeat, & ne humana commercia impediantur, non tamen approbat eam receptionem, nec justam esse censet. Ut in deceptione intra dimidium justi pretii, jus civile ad vitandas lites denegat actionem, cum tamen eam non approbet, tenetur decipiens restituere: ergo similiter in nostro casu. 2. Quia metu levi contractum extorquens, injustitiæ reus est, cum retinenti dante rem accipiat ob metum: ergo tenetur restituere, reducens rem ad pristinum statum, restituens quod accepit, reddito sibi eo quod dedit: alias non reduceretur res ad æqualitatem. Et confirm. quia in contractibus etiam onerosis substantia obligationis consistit in consensu, *l. Obligationum, ff. de obl. & oblig.* & ut recte absque injustitia ineantur, debet concurrere libera utriusque contrahentis voluntas, quæ injuste & cum injuria, qualicumque metu, etiam levi cogitur: ergo tenetur cogens, ut injuriam refarciat, contractum rescindere, restituto altero contrahente in suum pristinam liberatem, omni metu deposito. Unde hæc erit sola differentia inter contractus lucrativos, seu gratuitos, & onerosos: quod in illis tenetur extorquens metu levi, restituere, nulla re sibi reddita: cum nihil dederit: in his autem restituendum est sibi quod dedit. Et ita hanc sententiam amplectuntur *Angel. verb. Metus, n. 14.* ubi *Sylv. q. fin. & restit. 2. dilio 7. Tabiena verb. Coactio, q. 10. n. 11. Adrian. 4. q. 1. de restit. dub. 5. vers. Ex quibus omnibus, in parvis vol. f. 103. col. 2. Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 3. vers. Hoc ergo primum arg.* ubi loquitur in omnibus contractibus, dempto solo voto, & matrim. *Navarr. sum. Lat. & Hisp. c. 17. n. 30. imit. & Lat. c. 17. n. 5. & 15. & c. 22. n. 51. vers. Septimum, & Hisp. c. 17. n. 14. & 15. & comment. 2. de regular. n. 67. vers. Addo 13. Cov. reg. Peccatum, 2. p. §. 3. n. 7. Lede, 2. p. q. 4. 18. a. 8. f. 273. col. 2.* & melius loquens etiam in omnibus contractibus, *q. 49. a. 3. f. 456 col. 1. Veracruz 1. p. spec. a. 8. posi. 7. conclusi §. Ex ijs sequitur, Navarr. l. 3. de restit. c. 1. in nova edit. dub. 7. n. 332. P. Molin. t. 2. de justit. tr. 2. d. 267. fin. Lud. Lop. 1. p. instruct. n. 96. §. Ceterum in foro conscientiæ, & l. 1. de contract. 51. §. Præterea attingendo punctum, & l. 2. c. 17. §. Igitur in hac disputatione, & c. 21. §. R. spondetur ergo ad primam p. vers. Sed profecto, f. 390. Plura*, quem refert, & sequitur *Salzedo super reg. 552. Fernand. Diaz, limit. 4. Carbon. de restit. q. 46. concl. 7. Capua l. 2. decisionum, c. 121. n. 7. Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 95. concl. 2. n. 2. ibi* tamen loquitur de sola donatione. Et hanc sententiam colligunt *Navarr. & Covarr. citati, ex Bosiensis, c. Verum, de jurejurando, initio, super verb. Inviti, & Joannes, ibi n. 6. Abb. de Verum, n. 3.* ubi *Alex. de Novo, n. 7. & 8. Ant. 2. p. tit. 10. c. 6. §. Quintus casus*, ubi censent, concedendam esse absolutionem juramenti metu levi præstiti: si enim injuriosa non esset ac injusta extorsio, & obligans ad restituendum, non concederetur absolutio a juramento. Et pro eadem sententia sunt *Cajetanus 2. 2. quæstion. 32. a. 7. fin. Armilla verb. Restitutio, num. 58. Castro lib. 2. de leg. penali, c. 2. Corollario 3. Corduba lib. 1. qu. action. q. 13. fin.* ubi censent satis esse mixtum aliquid involuntarii, & nolitionem conditionalem ad obligandum ad restitutionem.

5 Imo & in foro externo, licet non detur actio quod metus causa, nisi metus cadat in constantem virum: ceterum metum minorem passo sucurretur officio judicis, & rescindetur contractus. Ut docent *Glos. l. Nec timorem, verb. Restit. ff. de eo, quod met. cau. & c. Cum dilectus, verb. Metum, de his quæ vi, ubi Ant. n. 16. Panorm. n. 9. Anchar. n. 2. vers. Secundo quero. Bart. l. Metum, la 1. ad finem, ff. de eo quod met. caus. & l. Non est verisimile, §. Si generator, fine ff. eod. t. Angel. in ist. de action. §. Quadruplii, n 7. & ibi Jason n. 56. Joan. de Imola, l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 15. ff. sol. matr. Decius ff. de appellat. n. 8. Franc. de Platea tr. de excomm. §. 46. num. 10. habetur tom. 14. tractatuum, Bertachinus in repertorio, lit. M verb. Metus non præsumitur, sub n. 80. fin. vers. Metus, actio, Suarez oblegat. 1. n. 33. Padilla l. Interpretar, n. 3. C. de transact. Joan. Garcia* alios referens *de nobilit. gl. 17. n. 20.* Et est ratio, quia æquum non est, judicem pati, ut metum inferens, commodum reportet ex culpa sua.

6 Nec placet distinctio, qua usus est *Sarmiento n. 2. allegat.* nempe, inferentem metum levem teneri restituere eo metu extorta, non autem tertium possessorem. Et ita jure optimo eam reprobat *Jo. Garcia de nobilitate glos. 17. num. 29.* dicens se non videre, qua rarione metus sufficiens contra inferentem, non sit sufficiens contra alium possessorem, ad quem ea res eo vitio metus affecta, perveniat: atque ita *Sylvest. Restitutio, 1. dilio 7.* asserit teneri possidentem rem metu levi extortam, restituere in foro conscientiæ, sive ipse, sive alius metum intulerit. Et *P. Molina tom. 2. de justit. tract. 2. d. 267. f. 97.* ait non obligare promissionem, aut donationem, sive idem, cui promittitur metum intulerit, sive alius, ut illi promittatur. Probat. quia actio, quod metus causa ad rescindendum contractum, datur in foro externo, tam adversus inferentem metum gravem, quam adversus quemcumque possessorem [ut probavimus disp. præc. n. 7.] quando metus est cadens in constantem virum, eo quod res illa vitio metus affecta cum suo onere transit ad quemcumque possessorem. Ergo similiter in foro conscientiæ, quicumque possessor rei metu levi extortæ, sive a se, sive ab alio, tenebitur eam restituere. Transit enim res vitio illo affecta. Quod enim metus gravis operatur in foro externo quoad

quoad contractuum rescissionem: operatur in interno quoad restituendi obligationem, metus levis, ut probavi hac disp. nu. 4. 2. Probatur, quia metum inferens tenebatur eamdem rem numero restituere, Cum enim injuria illam extorserit, nullum retinendi jus acquisivit: ergo metum passus non tantum habebat jus in personam metum inferentis, sed etiam jus, & actionem, ad rem ipsam ablatam: ergo eandem actionem habebit ad illam, quoad quemcumque possessorem sit, ut teneatur eam sibi restituere, si non ratione injustæ acceptionis, quia culpæ illationis metus particeps non fuit, saltem ratione rei acceptæ, quia rem vitio metus affectam possidet. Et confirm. quia per injustam rei alienationem ab incutiente metum factam non est dicendum metum passum amisisse jus, & actionem, quam habebat ad illam rem. Tandem probatur a simili, nam sicut res per usum accepta est obnoxia restitutioni, ita etiam res metu levi extorta, sed illa transit ad quemcumque possessorem cum onere obligationis eam restituendi: ergo & hæc similiter.

7 Dupliciter tamen limitanda est hæc sententia. Primo quando metus incussus est ad extorquendam donationem, vel alium contractum, si enim fiat donatio ex metu non ad id incusso, valet utique, nec tenetur alter restituere: v. g. si quis dum injuste mors sibi imminet ab aliquo, eundam pauperi aliquid promitteret, vel donaret, ut Deus ipsum ab eo periculo eriperet, valeret utique, nec teneretur pauper aliquid restituere. Quoniam licet metu promittat, aut donet, non est involuntarie, sed propria sponte eligit id medium, ut Deus ab eo periculo se liberet, sumpta occasione ex alterius nequitia, & ita dicemus hoc 4. lib. disp. 13. n. 3. matrimonium ex simili metu non irritari. Et de voto omnes id dicunt. Et *Metina Cod. de restit. qu. 3. causa 2. vers. Sed juxta hæc possent, Corduba summ. qu. 180. Molina tom. 2. de justit. tract. 2. disp. 267. fol. 97.*

8 2. Limitanda est, quando metus incutitur in justo; si enim juste incutiatur, non tenetur accipiens restituere. Quia cessat injustitia, & injuria, quæ est causa restitutionis: sicut disp. præced. n. 9. diximus, contractus non rescindi, quando metus est juste incussus. Sic *Adrian. 4. qu. 1. de restit. dub. 5. vers. Ex quibus omnibus, Navarr. sum. c. 17. Latin. n. 15. Hisp. n. 14. Lod. 2. p. 4. q. 28. an. 8. f. 273. col. 2.* Et exemplificat, ut Da mihi æquum, alias non ero tuus amicus: quia non tenetur esse specialis ejus amicus. *Corduba. sum. qu. 180.* & exemplificat, si quis promittat opem ie denegaturum ad quoddam matrimonium, nisi donatio fiat: quia non tenetur opem ferre. *Carbon. qu. 47. de restit. concl. 7. P. Mol. to. 2. de justit. tr. 2. disp. 267. f. 98. & DD. statim num. seq. referendi.*

9 Hinc infertur 1. potentem aliquem juste accusare, eoque timore illato, aliquid extorquentem, ne accuset, minime teneri restituere. Quia juste poterat accusare, privatursue actione accusandi, quam habebat. Sic *Angel. v. Metus, n. 10.* ubi *Silv. qu. 6. Tabiena v. Coactio, q. 8. n. 9. Navarr. summ. Latin. cap. 17. n. 15. Hispan. eod. cap. n. 14. & cap. 28. addit. ad eumdem, n. 14. Corduba summ. qu. 77. Capua lib. 2. decis. c. 17. n. 13. Lud. Lop. 1. part. instr. cap. 96. fine, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 206. nu. 11.* Cujus contrarium minus bene tenuit *Metina q. 29. de restit. fine*, cui favent *Angel. v. Concussionis crimen, init. jundi. nu. 2. Silv. v. Concussio qu. 1. jundi. qu. 3. Armilla ibi, init. jundi. n. 2.* Nam in priori loco asserunt esse concussionis crimen accipere ob non accusandum: & in posteriori, accepta per concussionem, esse restituenda. Et favet huic sententiæ *lex ultima fine, tit. 14. p. 5.* ubi dicens turpiter accipere aliquem ne accuset, subdit, *pueda dezimos que deve tornar lo que asi recibio al que lo dio.* Sed dic esse pœnalem, quare solum secuta sententia teneri recipientem restituere. Ut bene docent *Corduba. & Manuel hoc nu. allegat.* Et credo id esse verum, quamvis absque animo accusandi minaretur accusationem: adhuc enim non teneretur eo metu extortum restituere. Quia adhuc privatur jure accusandi, quod pretio æstimabile est. Quamvis *P. Molina to. 2. de justit. tract. 2. disp. 514. fin.* dicat teneri in hoc casu restituere, quod tamen minime credo. Cavendum tamen est a Corduba ibi, quem sequitur *Lud. Lop. lib. 1. de contract. cap. 9. fundo poss. princ.* ubi asserunt non teneri virum restituere pretium extortum ab adultero reperto cum uxore, ne illum interficiat, quia remittit actionem quam in foro externo habebat impune occidendi. Ceterum hoc minus verum est. Quia cum lege justitiæ teneatur non occidere adulterum privata auctoritate, injuste cum timorem incutit, unde extortum tenebitur restituere: secus, quando extorquet, ne ad judicem deferat: id enim potest juste facere. Et hoc constat ex dictis disp. præced. n. 9. ubi cum aliquibus Doctoribus asseruimus, non rescindi contractum, quem vir metu extorquet, ne adulteros accuset, secus ne privata auctoritate enecet. Et in terminis similibus docent, decenter patrem teneri restituere pretium extortum, ne repertum inhoneste cum filia interficiat, nisi patiatur aliquod damnum, in cujus compensationem illud retingere posit. *Angel. v. Metus n. 10.* ubi *Silv. qu. 6. Tabien. v. Coactio qu. 8. n. 9. Capua l. 2. dec. c. 17. n. 13.*

10 Aliqui temperant corollarium præcedens, ut intelligatur, quando aliquis pretium recipit, ne judici deferat crimen vere perpetratum, nam si recipiat, ne deferat crimen perpetrandum, dicunt, teneri restituere. Sic *Capua lib. 2. decis. c. 18. n. 14. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 206. n. 11.* dicens eam restitutionem faciendam esse pauperibus. Ceterum hæc limitatio non placet: quia utroque casu privatur metum inferens, jure, quod habet, accusandi, sive crimine perpetrato, sive de crimine, quod deinceps perpetrari videret; quod quidem jus pretio æstimabile est: ergo non tenetur restituere pretium acceptum, ut illo jure cedat; quamvis enim turpiter faciat id pactum ineundo, dignusque sit, ut pretio recepto spolietur, ea tamen est pœna quam ante judicis sententiam subire minime constringendus est. Et ita videntur tenere *Angel. v. Accusatio, n. 6.* ubi *Silv. qu. 6.* ubi ajunt recipientem ne accuset de crimine perpetrato teneri de consilio restituere, & multo fortius, si ne accuset de crimine perpetrando: ubi clare videntur sentire in utroque casu restitutionem esse de consilio.

11 2. Ex dictis infertur, quamvis metus reverentiæ absque minis non sit cadens in virum constantem, ac proinde non sit sufficiens, ut forus externus concedat rescisionem contractuum, at in foro conscientiæ si involuntarium mutum efficiat, quia dans, & contrahens id spontanee non efficit, sed eo metu reverentiæ ductus, sufficere, ut in foro conscientiæ obliget ad restitutionem. Quia saltem metum levem incutit, quaem probavimus in foro conscientiæ sat esse. Sic *Angel. v. Metus nu. 15. Silv. ibi, qu. fin. Navarr. sum. cap. 17. Latin. & Hispan. num. 152. Salzedo super reg. 532. Bernar. Diaz, limit. 4. cum Ploto de in totum jurando, §. 3. n. 19.* quem ibi refert: *& Molina to. 2. de justit. tr. 2. disp. 267. ad fin. §. Duo sunt, jundi. §. seq. Lud. Lop. lib. 2. de contract. cap. 17. §. Igitur in hac dictur. Navarr. lib. 3 de restit. cap. 1. in nova edit. dub. 7. n. 332. Manuel 1. t. sum. in 2. edit. c. 132. concl. 2. n. 5. Vega l. 5 sum. cas. 354. Sarmien. lib. 2. select. cap. 11. nu. 10.* quamvis cum sua limitatione, nempe, respectu metum inferentis, loquatur, quam nu. 6. reprobavimus.

12 Maxime tamen advertere oportet, quis dicatur metus reverentialis: non enim sufficit metus, & verecundia, quæ naturaliter inest filiis, coram patre, vel aliis, quibus debetur reverentia: contrarium enim clare probat textus, *cap. unic. §. Porro, de desponsi impub. in 6.* & docent *Bart. l. 1. §. Quæ onerandæ fine, ff. quarum rerum actio, Franc. Aretino l. Ad invidiam, initio, C. de his quæ vi, Felin. c. Cum omnes, de const. n. 12. vers. 3. limit. Navar. lib. 4. cons. in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 36. n. 6. in 2. lib. 1. tit. de his quæ vi, cons. 10. n. 6. Sarmien. lib. 2 selectar. c. 11. n. 10.* Sed tunc id eveniet, quando ea reverentia metum inducit, & causa fuit, ut filius consentiret, timens non offendere patrem, vel alium, cui debetur reverentia, & non audens illi contradicere: ut bene *Navar. & Sarmien. ibi.* Quod aliis verbis explicant, *idem Navar. sum. cap. 17. Latin. nu. 30. initio, & n 5. & 15. Hisp. ibi n. 15. & Latin. cap. 22. n. 51. vers. Septimum, Lud. Lop. lib. 2. de contract. c. 17. §. Igitur in hac disputatione dubitationem: Navar. lib. 3. de restit. cap. 1. in nova edit. dub. 7. n. 332.* quando talis metus est causa principalis actus, vel contractus, ita ut eo non intercedente, nullo modo actus, vel contractus fieret. Quod adhuc sic ego explico: non enim credo fat esse, ut actus alio modo non fieret: nam plurima funt intercessione parentum, vel aliorum, quibus reverentia debetur quæ aliter non fierent: sed libentissimo animo ea facit filius, vel quicumque alius, ut morem illis gerat: quos reveretur, & amat, & quibus ad multa alia indiget: nec dicendum est hæc omnia esse involuntaria, & in foro conscientiæ rescindenda: sed tunc hoc evenit, quando omnino repugnante voluntate, & quasi coactus consentit, non audens præ pudore, & reverentia contradicere, quamvis nullum aliud malum timeat: & ita censeo intelligere DD. citat. Non placet, quod ita *P. Molin. t. 1. de justit. tr. 2. disp. 135. §. Quod dictum est de precib. importunis*, ubi ait eodem modo philosophandum esse de metu reverentiali, ad producendam restitutendi obligationem: sicut de precibus importunis ibi ipse philosophatur: quod referam disp. seq. nu. 4. & ibi reprobabo.

13 3. Infertur, quamvis renuntiatio hæreditatis paternæ facta metu reverentiali patris, absque minis, non rescindatur in foro externo: eo quod is metus non cadat in virum constantem, ut bene docent *Romanus, l. Interpositas, nu. 14. C. de transact. Francus cap. 2. de pa 3. in 6. n. 2. notab. 3. Natta de pactis, 1. p. nu. 42. & 46.* habetur *to 6. tractatuum novorum, par. 2. Crottus l. Stipulatio hoc modo concepta, nu. 66. ff. de verb. oblig. Roland. cons. 95. n 28. 29 & 30. vol. 1. Ant. Gom. multis relatis, to 2. variarum, c. 14. n. 27. Guttier. de juram. 1. p. c. 1. n. 15.* Verumtamen in foro conscientiæ, si ea renuntiatio vere fiat involuntarie metu solo reverentiali, modo exposito n. præc teneri patrem restituere hæreditatem sic renunciatam. Quia is metus levis, est sufficiens ad rescindendum in foro conscientiæ: & ita tenent *Navar. sum. c. 17. Latin. & Hisp. n. 252. Lud. Lop. 1. p. instr. novi, c. 173. §. Respondetur in promptu, & lib. 2. de contract. c. ult. ad fin. Manuel 1. t. sum. in 2. edit. c. 132. concl. 2. n. 5. Vega lib. 5. summ. cas. 354.* Quare si fibi non restituatur, poterit filius se compentare occulte, debet tamen prius relaxationem juramenti petere: ut bene advertit *Lud. Lop. eod. cap. ult. ad fin.* Quia quamvis sub judice sit, an renuntiatio hæreditatis, & alii actus, qui secluso juramento invalidi sunt, valeant, quando juramentum metu extorquetur cadente in virum constantem, ita ut ad contraveniendum, præmittenda sit juramenti relaxatio: (ut disputabimus hoc lib. 4. disp. 20.) At verior sententia habet (ut dicemus ibi, n. 4.) esse necessariam juramenti relaxationem, & quando metus est levis, ut in præsenti eventu, neminem vidi negantem desiderari relaxationem juramenti, ut actui jurato contraveniatur. Poterit tamen Episcopus eam relaxationem concedere etiam quando metus est levis: (ut dicemus eadem disp. 20. n. 8.)

14 4. Infertur, uxorem, simili metu reverentiali viri compulsam, quo vitet jurgia, ejusque offensionem, fidejubentem, alias minime fidejussuram, non teneri in foro conscientiæ ex illa fidejussione, quamvis servatæ sint omnes solemnitates jure petitæ, ut ejus fidejussio valeat. Quia quamvis in foro externo mini-

minime audietur, eo quod ille metus, non concurrentibus minis, levis sit: in foro tamen conscientiæ, sed satis est, ut non teneatur ex eo contractu: debet tamen si bona abscondere velit, prout licite facere potest, ne solvere compellatur, quod in foro conscientiæ non tenetur, prius juramenti relaxationem petere ab Episcopo (ut in simili dixi n. præc. fine) Sic *Lud. Lop. lib. 2. de contract. c.* 17. §. *Quod si hæc sententia*. Secus autem crederem, si mulier nollet contravenire fidejussioni, licet ea omnino valida esset, sed tantum vellet abscondere bona necessaria ad vitam, ne omnibus spoliata, egestate prematur, necessariisque ad vitam careat. Tunc enim non indiget juramenti relaxatione. Quia non contra fidejussionem, quam jurarat, venit, sed tantum vult differre solutionem ex causa justa, & licita, donec pinguiorem nacta sit fortunam. Dixi consulto, servatis solemnitatibus juris. Quia sive mulier soluta, sive conjugata, secluso omni metu, libere fidejubeat, iis non servatis, sicut in foro externo ejus fidejussio nulla est, ita in foro conscientiæ non obligat, potestque non solvere, & si solverit, repetere, utendo beneficio Vellejani, *l. Qui exceptionem, ff. de condicti. indeb.* junct. communi opinione. Cujus ratio est, quia potuit ob commune bonum, & mulierum imbecillitatem, id eis privilegium concedere, quare ipsæ tuta conscientia eo poterunt uti. Ita colligitur ex *Bar. Extrav. Ad reprimendum, v. Denuntiationem, nu.* 13. & *Anton. c. Novit, de judiciis, nu.* 51. ubi dicunt mulierem tutam Vellejano, si non solvat, non posse denuntiari Evangelice. Quia licet naturaliter obligetur, hæc obligatio non est firma, cum competat sibi beneficium restitutionis. Si tamen crederent peccare mulierem, asserirent posse denuntiari Evangelice. Et expresse tenent *Abbas c. Quia plerique, n.* 27. *de immunit. Eccles. Anton. Gom. leg* 3. *Tauri nu.* 124. *ad fin. & tom.* 2. *variar. cap.* 13. *n.* 16. *Guttier. de juram. 1. p. c.* 20. *n.* 5. *Azeb. lib.* 5. *recop. tit.* 3. *l.* 9. *n.* 2. *P. Molin. to.* 2. *de justit. tract.* 2. *disp.* 540. *paulo post princip.* Quæ autem sint hæ solemnitates, quæ requirantur, ne fidejussio sit omnino nulla? & quæ ut esto sit valida, possit tamen in foro conscientiæ se tueri eo beneficio mulier? & si non se tuetur, & solvit teneatur alter restituere, non repetente mulierem? & quamdiu possit repetere? consule *Molinam tota ea disp.* 540. & *Doctores, l.* 61. *Tauri, Azebed, lib.* 5. *recop tit.* 3. *l.* 9. *per totum, Matienzo eadem l.* 9. *gloss.* 1. *Guttier. de jurament.* 1. *p. c.* 20. *per totum*.

11 Hinc rursus infertur, uxores, quæ viris morti propinquis, ut ipsos solatio afficiant, promittunt se soluturas ipsorum debita, nullo pacto teneri solvere. Quia hæc est fidejussio, deficiuntque illi solemnitates jure requisitæ, nempe ut hat instrumento publico, accedente juramento, & Vellejani renuntiatione. Quod autem sit fidejussio, probatur, quia fidejussio est obligatio accessoria alii principali, *l. Iti qui* 35. *ff. de fidejuss.* ibi, *in qui accessione loco promittunt*, & docet *Gregor. Lop. lib.* 1. *v. Amas a dos, tit.* 12. *p.* 5. & omnes, sed hæc mulieris obligatio accedit principali mariti, & est in subsidium, si ejus bona solvendo non sufficiant: ergo est fidejussoria, 2. quia non minus subventur mulieribus, privilegio Vellejani, si a principio alienum debitum in se loco alterius solvendum, suscipiant, aut renovatione debitum in se transferant, quam si expresse fidejubeant, *l. 1. & l. Senatus consultum, C. ad Vellejan.* & docet *P. Molina tom.* 2. *de justit. tract.* 2. *disp.* 540. *paulo post princ.* ergo. 3mo si mulier, ignorans se non teneri in hoc eventu, solverit, non poterunt creditores retinere. Quia revera mulier tanquam debitum solvit, & non animo donandi. Et hæ in fidejussione, cui juris solemnitates deficiunt, docet *Molina ea disp.* 540. *f.* 1838. Si autem mulier jurasset se soluturam, & conscia erat privilegii Vellejani, tunc teneretur, quamvis aliæ solemnitates servatæ non sint, & quamvis non renunciarit Vellejano. Si vero erat ignara, est gravis controversia: & communis opinio tenet valere, juramentumque supplere certiorationis defectum: quam tenent *Guttier.* multos alios referens, *de juram. 1. p. c.* 29. *n.* 2. *Molina ea disp.* 540. *fol.* 1844. Contrarium tamen tenent multos alios referentes *Covar. cap. Quamvis pactum*, 2. *p.* § 3. *n* 5. *Matien. lib.* 5. *recop. tit.* 3. *l.* 9. *gl.* 1. *n.* 5. & 6. Quia juramentum non fertur ad incognita. Quare cum utraque sententia satis probabilis sit, potest mulier inscia talis privilegii, eo uti, non obstante juramento. Quod si solvat, potest alter retincre, sequens opinionem probabilem asserentem teneri mulierem ex ea fidejussione. Potest etiam uxor se tueri, licet juraverit conscia privilegii Vellejani, si ob timorem mariti reverentialem id fecit, petita prius juramenti relaxatione (ut dixi n. præc.) Sæpe etiam potest se tueri, quia promittit ex errore, alias nullo modo promissura, existimans maritum pœnis non eximendum esse, donec ejus debita solvantur. Cum enim error sit in causa finali promittendi, deficit consensus: & ita quoties talis error in causa finali contingit, vitiari dispositionem defectu consensus, optime, & late aliis relatis docent *P. Molin. tom.* 1. *de justit. tract.* 2. *tota disp.* 209. Si autem uxor dicat viro, Lega, quicquid volueris, nam decientibus tuis bonis solvam, non est fidejussio. Quia ea promissio nulli obligationi principali accedit: non viri, quia voluntarie legat, non hæredum, quia hæres non tenetur ad legata ultra hæreditatis vires, *l. fin. C. de iure delib.* Quare sponsio ipsius uxoris est, qua si concedere viro facultatem de suis bonis disponendi: quod validum est, per *l. Sicut*, 8. §. *Venditionis, ff. quibus mod. pign. vel hypoth.* ibi, *ut si legare permisit valeat quod concessit*. Unde tenebitur ad hæc legata, nisi metu reverentiali, aut errore ducta id spopondit, ut proxime dixi. Si autem sit minor: dicendum est de ea, quod de minoribus dicemus n. seq.

6. Infertur, si filium, qui metu reverentiali paterno, vel 16
materna patri morienti ad ipsius instantiam timens ejus indignationem, & ne eum molestia afficeret, promisit solvere ejus debita, vel legata, alias nullo modo promissurus, non teneri in foro conscientiæ. Quia metu fecit. Sic *Lud. Lop.* 1. *part. instr. cap.* 96. §. *Ceterum in foro conscientiæ*. Si tamen absque eo metu promisit, nec ductus errore, quo credebat patrem detinendum in purgatorio, debitis non solutis, tenebitur utique. Quia filiusfamilias ex omni contractu tenetur, si mutuum, & votum excipias, & hoc naturaliter, & civiliter, tanquam si esset paterfamilias, *l. Jam ex contractibus.* 57. *ff. de judiciis*, §. *Item inutilis, instit. de inutil. stip. l. Filius familias* 38. *ff. de act. & oblig.* Si autem minor sit 25. anais, cum obligatio illa solvendi debita, sit fidejussoria (ut dixi n. præc.) potest ad versus illam beneficio restitutionis in integrum uti. Nam generale est posse minorem læsum hoc beneficium implorare: at eo ipso quod talis minor solvere cogendus sit pro debitore principali, censetur læsus ea fidejussione, *l.* 1. *Cod. de filio famil minor. & l.* 3. §. *Sed virum, & l. Ait Prætor*, §. *Non solum, ff. de minor.* & affirmat communis sententia, quam sequuntur *Ant. Gom. tom.* 2. *variar. c.* 13 *n.* 19. *Guttier.* 2. *pract. q.* 128. *n.* 3. *Molin. tom.* 2. *de justit. tr.* 2. *disp.* 540. *f.* 1849. Ubi cum Anton. Gom. & communi, excipit, nisi minor fidejubeat pro parente in carcerem detruso. Nam quilibet prudens hoc faceret, quo patrem a vinculis liberaret. Et in nostro casu maxime locum habet hæc restitutio: quia imprudenter agit filius, suscipiens in se parentis morti proximi debita. Quia ex una parte nullum emolumentum sequitur patri, impotentia solvendi executato: & ex altera sequitur damnum ipsi minori. Obligatio autem solvendi legata, quæ pater legarit, quamvis non sit fidejussio, est tamen donatio: & quoties minor aliquid donat, eo ipso censetur læsus, ac proinde poterit petere restitutionem in integrum, *l.* 2. *fine C. si adver. donat.* & tenet communis sententia, quam refert, & sequitur *Ant. Gom. t.* 2. *variar. c.* 14. *n.* 1. *corollar.* 2. *P. Molin. t.* 2. *de just. tract.* 2. *disp.* 573. *f.* 2114. Et hoc habet verum, quamvis lædatur in Castrensi, vel quasi Castrensi peculio: ut docet *Cald. l. Si curatorem, v. Læsit, n.* 88. *C. de in integr. rest. per l.* 3. §. *Pomponius, ff. de minor* Quod verum habet, nisi minor prudenter fecisset donando, in causam justam, sibique utilem, tunc enim non esset restitutioni locus: Ut bene docent *Ant. Gom. & P. Molin. proxime citati, & alter Molin. lib.* 2. *de primog. c.* 3. *n.* 32. ubi alios refert. Unde videndum est in ea obligatione solvendi legata an prudenter gesserit? Si enim moderate, & prudenter se obligavit (docet enim filium attenta bonorum, quæ habet, quantitate, obligare se ad aliquot legata pia pro parentis anima) non poterit restitutionem petere. Quia quilibet major prudens hoc fecisset, & donavit pro causa utili, & honesta. Si vero excessit notabiliter, restituto conceditur in illo excessu tantum. Quia restitutio eo tantum tendit, ut refarciat læsionem: non vero id, in quo non est minor læsus, *l. Si res*, §. 1. *ff. de iure dot.* Et docent multi, quos refert, & sequitur *P. Molin. dict. disp.* 573. *f.* 2113. Dixi, quando læsus est notabiliter, quamvis enim non requiratur ad hanc restitutionem enormis læsio, aut quæ excedat dimidium justi pretii, at requiritur ut sit talis, ut arbitrio prudentis sit notabilis, & non reputetur fere pro nihilo: & quo contractus est majoris summæ, eo læsio, quæ pro nihilo reputatur, habet majorem latitudinem. Ut in mille aureis, læsio in 20. pro nihilo reputabitur: at in 100. aureis læsio in 10. reputabitur notabilis, *l. Sein, ff. de in integrum restit.* Et docent *Abbas cap.* 1. *de in integ. restit. Covar. l.* 1. *var. c.* 3. *n.* 11. *Molina d. disp.* 573. *f.* 2111. Et in iis casibus, in quibus potest petere restitutionem, sive adversus fidejussionem, sive adversus obligationem ad solvendum legata, potest tuta conscientia, propria auctoritate non stare fidejussioni, nec solvere ea legata, in quibus est læsus. Quia cum ipsi competat actio, competit exceptio in foro conscientiæ (ut dicam disp. 38. n. 34.) Si vero minor juravit, cum efficiatur major, per *auth. Sacramenta puberum, C. Si adversus vendit.* tenebitur utique tanquam major, nec poterit allegare læsionem, etiam enormem, ut concedatur relaxatio juramenti: quia in contractibus gratuitis juratis, ubi non intervenit, Do, ut des, vel facio, ut facias, non consideratur enormis læsio, aut enormissima. Quia donator clare intelligit se læsum in toto, & sciens ac prudens, vult illud beneficium in alium conferre. Ut bene *Mencac. l.* 1. *contr. usu frequent. c.* 13. *n.* 6. *Molin. lib.* 2. *de primog. c.* 3. *n.* 30.

7. Infertur, creditore partem debiti remittente, desperante 17
fore, ut alias debitum recuperet, ut hac remissione ductus debitor reliquam debiti partem solvat, debitorem non esse tutum, sed teneri partem debiti sibi condonatam restituere, posseque creditorem occulta compensatione uti. Quia ea remissio mistum in voluntarium habet. Sic *D. Anton.* 2. *p. tit.* 2. *c.* 6. *vers.* 7. *Angel. Restitutio ult. n.* 2. *Silv. Restitut* 7. *q.* 2. *dict.* 1 & 3. *Navar. summ. c.* 17. *n.* 75. *Carbon. qu.* 82. *de restit. post* 4 *concl. Lud. Lop. lib.* 2. *de contract. c. ult. ad fine*, §. *Accedit etiam, Manuel* 1. *tom. summæ* 2. *edit. c.* 96 *concl.* 2. *n.* 2. Quod intelligendum venit, quando culpa aliqua, vel fraus debitoris intervenit. Ut quia majorem fingit inopiam, quam re vera pariatur. Secus autem ubi nulla intervenit debitoris culpa, sed vera ejus inopia cognita, creditor spe solutionis destitutus, totum, aut partem debiti remittit. Quia tunc re vera voluntarie, & misericordia motus, absque ulla fraude, & violentia debitoris, aut cujuscumque condonat. Sic *Sil. & Nav. ibid.* Non tamen reputabitur fraus annullans remissionem, fictio, & mendacium debitoris asserentis creditori, separa-

separatum esse ad integram debiti solutionem, nisi partem aliquam condonet: cum re vera animo solvendi, careat. Quia licet ad rationem peccati attendenda sit voluntas debitoris remissionem petentis, ut tamen remissio vires habeat, sola remittentis voluntas, a qua condonatio illa procedit, attendenda est. Sic *D. Anton. & Silv. proxime citati, Angel. restit. ult. n.* 1. *Tabien. v. Restit. q.* 3. *n* 4. *Metina C. de restit. q.* 3 *caus.* 2. *vers. Sequitur non esse necessarium, debitorem Navar. sum. c.* 17. *n.* 78. *vers. Quarto infertur, Covar.* multos alios referens, *reg. Peccatum*, 2. *p. init. nu.* 5. *Carbon. de restit. q.* 82. *concl.* 3. *Navar. lib.* 4. *de restit. cap.* 5. *nov. edit. diffic.* 5. *nu.* 21. Quamvis non desint oppositum sentientes, quos refert *ibi Covar.* Nec similiter vitiabitur remissio, si quidam tertius proponat fic creditori, nitar ut debitor tibi solvat, concessa sibi partis debiti remissione, & hoc, nullo incusso metu, nullaque fraude composita, aut recuperandi differimenta propsita, quamvis debitori non esset animus aliter solvendi. Sic *Hosf. sum. tit. de usuris, n.* 12. *vers. Hic tamen bonus judex, Angel. Restitut. ult. nu.* 2. *Silv. Restit.* 7. *qu.* 2. *dicto* 1. *Navar. sum. c.* 17. *nu.* 78. *vers. Quinto infertur, Carbon. qu.* 82. *de restit. post* 4. *concl. Manuel* 2. *tom. sum. c.* 44. *n.* 6.

18 Ultimo inferenda sunt ea, quæ disp. seq. a n. 7. inferemus, de precibus importunis; ea enim quæ precibus importunis metum levem incutientibus obtenta sunt in foro conscientiæ restituenda, subjaceant etiam restitutioni, metu levi reverentiæ comparata. Quia eadem est ratio.

19 Ad arg. primæ sent. proposita n. 1. resp. Ad 1. negando conseq. Quia quando lex justa disponit approbans receptionem, tanquam justam, servanda est in utroque foro: secus quando non approbat, sed solam actionem externi fori denegat, gratia vitandi lites: ut contingit in præsenti. Ad 2. dic, sent. judicis innitentem legi approbanti contractum, in utroque foro servandam esse, secus quando legi deneganti actionem. Tunc enim sent. judicis non approbat contractum, sed denegat actionem. Ad 2. dic, matr. majorem desiderare libertatem, ut rite, & recte contrahatur, non tamen ut valide, quam alios contractus: illud enim metu gravi celebratum est ipso jure nullum: & metu levi, nullo modo patitur rescissionem, & est firmum, dolo dante causam contractui, modo non sit error circa personam, aut conditionem servilem: hi autem metu gravi celebrati, sunt ipso jure validi, rescindunturque in foro conscientiæ, licet metus sit levis, & si sint contractus bonæ fidei, annullantur dolo dante causam contractui. Ad 1. 2. sent. ex propositis, n. 2. dic, eam doctrinam non esse veram: atque ideo eam reprobavi, hoc 4. lib. disp. 6. n. 10. Ad 2. dico, satis esse, injuriam esse illatam ab ipso possessore, vel ab alio. Res enim affecta vitio, transit cum suo onere. Ad 3. neganda est sequela. Nec verum est, Deum se habere ad acceptandas nostras obligationes, more hominum. Nam eum juxta veriorem opinionem votum metu gravi extortum, sit tantum jure humano irritum; secluso hoc jure Deus acceptare hoc votum, tanquam obligatoriam: non tamen obligaret promissio facta homini ab altero, simili metu extorta. Unde quia jus humanum non irritavit votum metu levi emissum, id utique firmum est: at vero circa promissiones, & contractus humanos levi metu extortos, non disposuit obligationem inde nasci, nec jure naturæ ratione injuriæ illatæ oriebatur, sed tantum denegavit actionem in foro externo: & inde, ut talis promissio relicta suæ naturæ minime obliget. Ad arg. 3. sent. propositum n. 3. respon. etiam in contractibus onerosis, principium debere esse voluntarium: cum libera contrahentium voluntate meundi sint.

DISPUTATIO X.

An preces importunæ incutiant saltem metum levem, efficiantque involuntarium mistum, ita ut eis extortum, sit in foro conscientiæ restituendum.

SUMMARIUM.

Refertur sententia asserens precibus importunis extortum, non esse obnoxium restitutioni, nisi quando rogatus contradicere nequit absque magno incommodo, num. 1.

2. *Sent. asserens preces importunas incutere metum levem obligantem ad restit. nu.* 2. & *impugnatur* 1. *sententia nu.* 3. *Et sent. Auctoris ponitur*, 4.

Deflorans virginem precibus importunis, an teneatur restituere, nu. 5. *junctio nu.* 1. & 3. *Quæ metu levi reverentiali extorta, obligant ad restituendum, similiter obligant, quando precibus importunis extorquentur*, 6.

Donatio inter conjuges, precibus importunis extorta, quando omnino non valeat, nec morte confirmetur: Et quid, de donatione inter patrem, & filium sic extorta, & an censeatur melioratio. Et de testamento sic facto, 7.

Precibus importunis impediens legatum, quando teneatur restituere, 8.

Licentia recipiendi, vel retinendi aliquid a religioso precibus importunis obtenta, an excuset a proprietatis vitio. Et an sufficiat taciturnitas superioris id scientis, 9.

Solvuntur arg. nu. 10. *Et ibi, junctio num.* 1. *an trahens ad ludum precibus importunis, teneatur restituere.*

1 JAm disp. VII. late disputavimus, quando preces importunæ incutiant metum cadentem in virum constantem, ita ut matrim. irritent, & concedatur in foro externo rescissio contractuum: & ibi n. 8. explicui, quando dicantur preces importunæ. In præsentiarum tantum disputamus, quando incutiant metum levem, & efficiant mistum involuntarium, quale disputatione præcedenti diximus; satis esse in foro conscientiæ, ut res sic extorta, obnoxia sit restitutioni. Quia in re duplicem invenio sent. I. ait, preces importunas non eincere involuntarium mistum, obligans ad restitutionem, nisi sint personæ, cui metum passus contradicere minime potest absque magno incommodo. Ut si sit importune petens dominus, & rogatus ejus vassallus, vel sit princeps a quo magna se beneficia recepturum sperat, vel favorem. Prob. 1. quia trahens invitum alium ad ludendum tenetur restituere lucrum. Ut docent *D. Thom.* 2. 2. *q.* 32. *art.* 7. *ad* 2. & 4 *d.* 15. *q.* 2. *art.* 4. *quæstiunc.* 3. *ad* 2. & *D. Bonav. eadem d.* 15. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 1. *n.* 67. *Palud. ibi q.* 3. *art.* 5. *n.* 33. *Abulen. c.* 6. *Matth. q.* 56. *Turrecr. c. Episcop. d.* 35. *n.* 8. *Tab. v. Ludus q.* 9. *n.* 9. & *ibi Armilla n.* 5. *Metina C. de restit. qu.* 22. §. *Ut igitur in sum. dicam*: & tamen communissima sententia censet, non sufficere attractionem precibus importunis, nisi ea exprobratio adjungatur, ut invitatus, & rogatus, si non ludat, vel a ludo discedat, vilis & abjectus reputaretur. Ita videtur tenere *Cajet.* 2. 2. *q.* 32. *art.* 7. *fine*. Et docent expresse: *Sot. lib.* 4 *de just. q.* 15. *art.* 2. *vers. De illo autem, Navar. sum. Lat. c.* 20. *n.* 13. *Hisp. c.* 19. *n.* 15. *Vigur. l. instit c.* 7. §. 5. *vers.* 12. *fine, Petr. de Covar. de remedio usurum, 3. p. c.* 3. *Philiar. de offic. sacerd. t.* 2. *p.* 2. *l.* 5. *c.* 2. *n* 7. *Azebed. lib.* 8. *recop. t.* 7. *l.* 2. *n.* 81. 82. *Angles floril.* 2. *p. quæ. de ludo, art. unico, l.* 4. *f.* 291. *Carb. de restit. q.* 41. *concl* 5. *vers.* 3. *Capua lib.* 2. *decis. c.* 121. *n.* 7. *Lud Lop. lib.* 2. *de contract. c.* 22. *f.* 390. *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.* 189. *concl.* 7. *n.* 7. & *in bulla compositionis, cas.* 10. *n.* 39. *Enriq. lib.* 11. *de matrim. c.* 9. *n.* 5. *in commen. lit. B. Nav. lib. de restit. cap.* 3. *in nova edit.* 4. *p. dub.* 2. *n.* 431. *Fr. Metina l.* 1. *sum. c.* 14. §. 28. *f.* 151. *col.* 1. *Salon* 2. 2. *post q.* 61. *tract. de domin. q.* 5. *ar.* 6. *dub. An per ludum pecunia præsenti transferatur domin.* §. *Committitur* 2. *f.* 549. *Castro lib.* 2. *de lege pœn. cap.* 2. *coroll.* 3. addens, aut si interfint preces superiorum adeo vehementes, ut illis inferior contradicere non audeat. Ergo solæ preces importunæ non obligant ad restitutionem. 2. Prob. quia alias pauper teneretur restituere eleemosynam precibus importunis obtentam, quod absurdissimum videtur. Hanc sent. tenent in virgine deflorata importunis precibus, dicentes non censeri involuntariam, atque ita defloratorem non teneri restituere, *Nav. lib.* 2. *de restit. cap* 3 *in nova edit. p.* 4. *dub.* 2. *n.* 429. *Salz. pract. c.* 83. §. *Est tamen opinio hæc, Manuel* 1. *sum.* 2. *edit. c.* 208. *nu.* 3. *Carbon. de restit. q* 26. *concl.* 2. *Ban.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *dub.* 7. *concl.* 3. *ante* §. *Arbitror tamen ego*. Et circa donationem, non annullari solis precibus importunis asserunt *Alcoc. lib. de ludo, c.* 21. *concl.* 4. *Franc. Garzia lib.* 2. *de contract. c.* 19. *f.* 592. & *seq. Navar. lib.* 4. *de restit. c.* 5. *dub.* 2. *n.* 17. *in nova edit.* addens nisi preces importunæ sint principis, aut magnatis, cujus preces justa censentur: & *Carb. de restit. q.* 46. *concl.* 8. *in* 2. *ejus probat.* addens nisi adsint minæ, quæ possint justum metum incutere: & tandem *Enriq. l.* 11. *de matr. tit. c.* 9. *n.* 5. *in commen. lit. B.* ait preces importunas obligare ad restitutionem, quando illis insunt tacitæ minæ: ut quia sunt domini soliti male se habere erga eis non morem gerentes.

II. Sent. tenet preces nimis assiduas, & importunas incutere 2
metum levem, & causam esse involuntarii misti, obligantis ad restitutionem in foro conscientiæ. Probatur per plurima quæ hoc lib. 4. disp. 7. n. 4. retuli, probantia preces importunas æquiparari metui, & coactioni, ubi multas etiam doctrinas allegavi ad hoc comprobandum: quæ omnia saltem probant coactionem levem inesse precibus importunis, sed metus, & coactio levis obligat in foro conscientiæ, ad restituendum, ut dixi disp. præc. n. 4. ergo. 2. Quia cum ludus sit coactus lucro, & jacturæ expositus, in quo (ut dicam n. 10.) est satis probabile, quemcumque metum non obligare ad restitutionem, DD. non pœnitendi censent preces importunas quibus aliquis trahitur ad ludum inducere sufficientem metum, ut dicatur involuntarie tractus ad ludum, & teneatur lucrans restituere. Sic *D. Anton.* 2. *p. t.* 1. *c.* 23. §. 3. *vers. Tertius est, Ledesm.* 2. *p.* 4. *q.* 15. *art.* 5. *f.* 123. *col.* 4. §. *Secundo intelligit, Cordubalib.* 1. *quæstion. q.* 13. *fin. Lud. Lop.* 1. *p. instr. novi, c.* 184. *concl.* 1. *Aragon* 2. 2. *q.* 32. *art.* 7. *circa solut. D. Thom. ad* 2. *Bann. eod. art.* 7. *circa* 3. *dictum D. Tho. in solut. ad* 2. *post* 1. *concl.* 9. *Secunda pars hujus conclusionis, Capua lib.* 2. *decis. c.* 121. *n.* 7. Et ex jurisperitis, *Rosella v. Ludus nu.* 4. ubi *Silv. qu.* 11. *Covar. reg. Peccatum*, 2. *p.* §. 4. *nu.* 7. *Padil. l. Interpositas, n.* 32. *C. de transact. Guttier. q. can. l.* 1. *c.* 37. *n.* 18. ergo a fortiori obligabunt ad restitutionem, in aliis contractibus onerosis, & lucrativis. Hanc tenet *Silv. Restitut.* 2. *vers. nono*, ubi hæc ait, *si tempore donationis dans non mere vult, sed ideo dat, ut importunitatem repellat, tenetur accipiens restituere, & hoc in dubio præsumitur, Lud. Lop.* 1. *p. instr. c.* 96. §. *Ar quamvis*, ubi ait importunas preces exorbitantes obligare ad restitutionem. Quia habent vim, cujusdam coactionis levis. Et virginem importunis precibus violatam censeri involuntariam, & violatorem tanquam vim inferentem, teneri restituere, videtur tenere *Nicol. de Lyra cap.* 22. *Exodi*, super ea verba, *Si seduxerit quis virginem*, ubi inquit, *verbis, vel donis inducendo eam, & ibi Abulen. qu.* 12. *paulo post princ. vers. Respondetur quod sicut*, ubi inquit, *seducendo eam promissis, vel datis, vel blandis verbis*. Et tenent expresse *glossator Abb. cap.* 1. *de adult. lit B. Nav. sum. Lat. & Hisp. c.* 16. *nu.* 17. & *lib.* 4. *cons. in* 2. *edit. tit. de cland. desponf. cons.* 3. *ad quartam qu. n.* 4. & *ad* 7. *q. n* 7. ubi addit, magnas preces attendi ex qualitate viri rogantis, & feminæ rogatæ: nam preces, quæ essent leves, quando vir est vulga-

vulgaris notæ, essent magnæ, & graves, ac importunæ, si vir esset magnæ auctoritatis, & semina vulgaris. Idem tenet *Corduba lib. 1. quæstionarii, q. 13. vers. Quartum dictum, & vers. Septimum dictum, Guttier. lib. 1. quæst. c. 37. n. 15. & 23. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 9. n. 5. Angles floribus 2. p. qu. de restitut. bonoris, & bonorum temporalium, art. unico, dub. 7. d. fisc. 2. concl. 4. fol. 335. F. Metina lib. 1. sum. c. 14. §. 30. fol. 159. sua, & sequenti, Bur. a Ledesf. dub. 19. de matrim. fol. 1295. Philiar. de offic. sacer. t. 1. p. 2. §. 4 c. 17. n. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 76. §. Geterum si talis virgo. Salon 2. 2. q. 62. art. 2. contr. 5. concl. 3. Capua lib. 2. decis. c. 78. n. 9. Vega lib. 5. summ. cos. 180.* Faciunt pro eadem sententia, DD. allegati hoc num. afferentes idem in trahente precibus importunis ad ludum.

3 I. Conclusio, prior sententia displicet, nisi sano modo explicetur. Quia aliqui DD. illius docent tunc tantum preces importunas obligare ad restitutionem, quando junguntur minis gravibus. Quod aperte est minus verum, quia tunc continent metum cadentem in virum constantem (ut dixi hoc 4. lib. disp. 7. n. 3. & 1.) cum tamen ad restitutionem in foro conscientiæ, sufficiat metus levis (ut dixi disp. præced. n. 4.) Ahi vero ex illis DD exposcunt, ut sint superioris, cui absque magno incommodo subditus contradicere non potest, quia ab eo beneficia se accepturum speraf, vel favorem ejus expetit: qui deficiunt in duobus. 1. quia spectare favorem, vel beneficia gratuita, auget voluntarium, nec timor ea amittendi potest dici vere timor, nec aliquid confert ad actus rescissionem, nec ad obligationem restitutionis: cum ea debita non sint, & proinde in illorum negatio, ne nulla verseur injustitia: & latius probavi hoc 4. lib. disp. 5. n. 98. 2. quia importunæ preces superioris, cui subditus debet reverentiam, incutiunt timorem cadentem in virum constantem, (ut probavi hoc 4. lib. disp. 7. num. 7.) atque ita a ratione alienum est, eas exigere, ut deflorator teneatur in foro conscientiæ restituere: cum ad hoc sufficiat metus levis.

4 II. Conclusio, placet mihi 2. sententia intellecta, non ut quæcumque preces importunæ obligent, sed quando efficiunt missum involuntarium: quod non semper evenit (ut dixi disp. præc. n. 12. de metu reverentialis) quoties illis cessantibus, rogatus id non efficeret. Sæpe enim importune rogatus, postea libentissime exequitur, & tunc non dicitur coactus, nec consurgit inde restituendi onus: ut bene advertit *Silv. Restitut. 2. vers. Nono*. Sed tunc hoc contingit, quando omnino repugnanti voluntate, & quasi coactus, ut importunitatem vehementem repellat, & (ut vulgo dicimus) *a mas no poder*, etiicet: & ita solemus dicere, dum nimium importunis precibus lacessimur, *estos me son ruegos, sino furzea*. Et ita explicuit *Silv. ibid.* Probatur, quia negari nequit tunc admisceri involuntarium, & conditionalem nolitionem, quæ satis est ad restitutionis obligationem. Ut late probavi disp. præced. n. 4. Nec placet, quod docet *P. Molin. tom. 1. de justit. tract. 2. disp. 135. §. Si tamen preces*, ubi ait non sufficere, ut eæ preces importunæ sint causa, ut testator ita disponat. Si enim adhuc sit testator in ea quasi habituali dispositione, ut velit suam dispositionem valere, dicit non teneri extorquentem restituere, quamvis peccarit contra charitatem, impediendo, & contra justitiam, in testatorem, inferendo eam molestiam. Quia tandem plane, & simpliciter voluit testator esse illius bona. Unde concludit tunc tantum teneri restituere, quando testator erat in ea quasi habituali dispositione, ut vellet non valere quod disponit. Quod dicit raro accidere, Sed fateor me hoc non percipere: quia quamvis ille velit, non sponte vult, sed coactus, quamvis leviter, ut importunitatem repellat, & tædiosæ affectus, aliter nullo modo consentiens. Quod satis est, ut in foro conscientiæ consurgat restituendi obligatio.

5 Hoc tamen libentissime concedo priori sent. rarissime defloratorem teneri restituere virgini, quæ solis precibus importunis adducta consuit suæ defloratoni. Quia raro inventur in hoc casu involuntarium: fingit enim sæpe se nolle, deditque operacunctatur, & tergiversatur, vulgo, *se haze rehacia*, ut pluris fiat ejus copula, cariusque suum corpus vendat: & quamvis initio repugnet, postea tamen libenter consensum præbet. In quo casu dari n. præc. cessare involuntarium, & restituendi onus. Imo amplius, & bene dixit *Dacianus pract. 2. p. 18. c. 7. n. 38.* non esse raptum, si ex paterna domo virgo arrepta consentiat postea libere suæ deflorationi. Si tamen inre vera virgo importunis precibus victa, voluntate vere repugnante, solum ut importunitatem repellat, consentiret suæ deflorationi, teneretur defloratior restituere: & ita intelligo DD. allegatos num. 2. pro hac sent. Quia est missum involuntarium, & nolitio conditionalis: hoc tamen (ut dixi) raritime evenit.

6 Ex dictis inferuntur omnia corollaria, quæ intuli disput. præc. n. 13. & seqq. de metu reverentiæ levis. Si enim omnia illa precibus valde importunis, missum involuntarium efficientibus, modo exposito num. 4. ab aliquo extorquentur, consurget inde in omnibus illis casibus obligatio restituendi. Quia eadem prorsus militat ratio.

7 2. Infertur ea omnia, quæ hoc 4. lib. disp. 7. n. 4. retuli ex variis DD. nempe, donationem inter conjuges nimia importunitate extortam, nec confirmari morte: nec donationem inter patrem & filium, nec censeri meliorationem: nec legata aut restamenta sic extorta, firma esse: ea (inquam) omnia licet quoad rescissionem in foro externo, non careant difficultate: quia non omnes preces importunas admissimus ibi, nu. 7. incutere metum cadentem in virum constantem, qualis desideratur ad eam rescissionem: in foro tamen conscientiæ, esse vera, si missum involuntarium contineant, modo hic n. 4. explicato. Imo *Suarez alleg. 24. n. 4. Matienzo dialogo relatorum 3. p. c. 20. n. 18.* docent quamvis metu reverentiæ absque minis non sit viri constantis, nec sufficiat, ut rescindatur testamentum eo metu confectum, actione quod metus causa, sufficere tamen, ut rescindatur officio judicis. Idque colligunt ex *Bart. l. fin. n. 4. ff. Si quis aliquem testari prohib.* Quare cautissime *D. Anton. 3. p. t. 10. c. 1. §. 2. ad finem*, ait posse testatoris consanguineos ab ipso petere, ut leget ei, dummodo non nimis importune, ut quasi extorqueant.

8 3. Infertur, precibus importunis impedientem legatum, teneri restituere, eo modo, quo vi impedientem: quando eæ preces missum involuntarium continent modo nu. 4. declarato. Et probatur eadem ratione. Sic *Guttier. qu. canon. l. 1. c. 37. num. 20.*

9 Ultimo infertur, licentiam extortam a religioso, precibus valde importunis, accipiendi, vel retinendi aliquid, quando re vera superior involuntarie, ut importunitatem repellat, consentit, alter omnino repugnaturus, non excusare ipsum a proprietatis vitio. Quia ea non est licentia, sed violentia: ut bene dixit *D. Bernard. de consider. ad Eugen.* Et ita *Perez addit. ad Sequram, l. 1. §. sive, n. 128. ff. de acquir. possess.* dixi in simili licentiam contrahendi extortam precibus importunis ab uxore, non esse legitimam, nec visum esse virum consensisse: & in simili, quando religiosus dicit se esse paratum ad jussum superioris, relinquere quæ possidet, at fundendo querelas, & murmurationes, ita ut superior non audeat contradicere, & tacet, ut viter majus malum non esse tura conscientia, non tantum ob scandalum, sed ob votum paupertatis: quia ea non est licentia voluntaria, sed permissio coacta, ad vitandum majus damnum, ut docent *Dionys. Carth. de profess. monach. l. 1. art. 11. Corduba summ. q. 54. f. 139. col. 2. §. Ceierto esta opinion, Navarr. lib. 3. de restit. cap. 1. in nova edit. p. 3. dub. 1. n. 161.* Et in hoc sensu accipienda est doctrina Hugonis, quem sequitur, ac refert *Turre. r. cap. Non dicatis 12. qu. 1. nu. 9.* nempe, taciturnitatem prælati non excusare a vitio proprietatis: intelligenda enim est de taciturnitate, & consensu permissivo, secus quando esset consensus approbans, & ita explicat *Navar. cod. c. Non dicatis, n. 54.* quod est in novis operibus, *comment. 2. de irregul. n. 22. & Mendoza in quibusdam qu. sebolasi. qu. 8.*

10 Ad argum. prioris sent. n. 1. proposita, resp. Ad 1. dico disparem esse rationem in ludo. Quia cum sit contractus lucro & jacturæ expositus, non omnes admittunt, etiam dum intervenjunt preces importunæ cum exprobrationibus, obligari trahentem ad lucrum restituendum: id enim negant *Alcocer lib. de ludo, c. 21. concl. 4. Franc. Garzia part. 2. de contract. c. 19 f. 592. & seq.* Atque ita valde probabiliter *P. Molina tom. 2. de justitia, tract. 2. disp. 516. fol. 1067.* tenet contra communem, trahentem ad ludum alio damno non secuto, non teneri lucrum restituere: eo autem secuto solam damni æstimationem. Quia ratione injuriæ attractionis nil tenetur restituere, sed tantum pati poenam, dum a judice condemnatus fuerit: ratione autem lucri ex ludo acquisiti, nil etiam tenetur restituere: quia quamvis missum involuntarium adfit, at cum ille consensus ita mitte involuntarius sufficiens sit, ut contractus ludi sit validus ex parte attracti, ne lucrum inde comparatum teneatur restituere: ita fuit sufficiens, ut fervetur æquitas, ut esset validus ex parte attrahentis, ne lucrum teneatur restituere. Et quamvis in aliis contractibus onerosis, qui metu tractus contractum init, possit petere sibi reddi quod dedit, restituendo quod accepit: in re autem præsenti, spes æqua lucrandi, & æquale periculum perdendi utrinque commutata sunt, ac proinde non habet locum rescissio contractus, reddente attracto quod accepit, & postulante quod in compensationem reddit. Nec obstat, dignum esse metu trahentem, ut lucro spolietur: ea enim est pœna, judicis sententia indigens. Ad 2. responder *Silvest. verb. Restitut. 2. §. 9.* fallere in paupere importunis precibus obtinenti eleemosynam. Sed rationem fallentiæ nec assignat, nec ipse video: & ideo dico numquam teneri restituere. Quia preces pauperis parvipenduntur, & tandem alter via eleemosynæ voluntarie tribuit, & nollet sibi restitui: & forte hac ratione dixit *Silvest.* fallere in paupere: verum si involuntarium missum ibi daretur, & eleemosyna non esset debita saltem charitatis lege, fateter utique consurgere restituendi onus.

DISPUTATIO XI.

An blandiriæ inserant metum levem, missumque involuntarium, ita ut blandiriis extorta, obnoxia sint restitutioni?

SUMMARIUM.

Proponitur opinio affirmans: & meretrices teneri restituere extorta blandiriis, num. 1.
Contraria verior, nu. 2. Et solvuntur argumenta, 3.

1 QUando blandiriæ incutiant metum viri constantis: dixi hoc 4. lib. disp. 7. n. 3. in præsentiarum autem sermo est, quando inserant metum levem. Aliqui asseverant inferre metum levem, ita ut eis extorta, sint restituenda. Quia non minus excæcat amor, quam ebrietas, atque ita censent meretrices teneri resti-

restituere, quod ultra stipendium debitum, blandis, & amatoriis verbis comparant. Sic *Cajet. 2. 2. q. 32. art. 7. fin. & in sum. v. Restitutio, post cap. 8. tit. Restitutionis casus quasi infiniti sunt. vers. Sunt duæ radices, & ibi Arnill. num. 58. Medin. C. de restit. q. 20. ante solut. ad 2. vers. Sequitur amplius, Nievo sum. t. 119. Capua lib. 2. dec. c. 121. n. 7.*

2 Contrarium tamen omnino tenendum est. Primo, quia concupiscentia, & amor non efficiunt involuntarium, imo valde augent voluntatem: teste *D. Th. 1. 2. q. 6. ar. 7.* Nihil enim magis voluntarie fit, quam quod amore efficitur, 2. probat. ex *l. fin. C. si quis alter. testari prob.* ibi, *judicium uxoris postremum in se provocare in maritali sermone, non est criminosum*. Ubi *gl. v. Maritali* ait, id est, blando sermone. Idem habetur *l. 27. t. 2. p. 6.* Quare eo textu docti *Bald. Ceppola, Hippol.* quos referunt, & sequuntur *Je: Lup. rubr. de donat. §. 81. num. 11. Segura lib. 1. §. Si vir. num. 128. ff. de acquir. posses. Montal. lib. 3. fori, t. 9. l. 3. gl. 1. Greg. Lop. d. l. 27. v. Rogandole, & lib. 2. v. Por falago, t. 8. p. 6. Aviles, cap. 21. Prætorium, gl. Ruego, n. 5. Menoc. de arbitr. lib. 2. centur. 4. cas. 395. n. 41.* afferunt non vitiari testamentum, quod vir uxoris blandiriis ductus, in ipsis favorem confecit. Ergo blandiriæ non efficiunt involuntarium mixtum. Sic docent *Sotus lib. 4. de justit. q. 7. art. 1. in solut. ad 2. vers. Adscit tamen, Navar. sum. c. 17. n. 16. Castro lib. 2. de lege pœn. c. 2. corol. 3. Ledesm. 2. p. 4. q. 18. art. 5. §. Dico igitur, sub fin. illius: Alcocer lib. de lud. c. 21. concl. 4. fin Guttier. q. can. l. 1. c. 37. num. 19. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 9. num 5. in comm. lit. B. Lud. Lop. 1. p. instr. cap. 96. §. Alcedo quoque, P. Molina tom. 1. de justit. tract. 2. disp. 94. fol. 563. §. Si fornicarie, Navar. lib. 2. de restit. in nova edit. c. 3. p. 4. dub. 2. n. 430. & l. 4. c. 2. dub. 12. n. 97. Bannes 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 5. concl. 2. Salon. eodem art. 5 contr. 4 post 3. concl. Manuel 2. tom. sum c. 40. n. 4.* Teneretur autem meretrix restituere, si fraudibus plus justo stipendio extorqueret: ut si assereret se virginem, vel non nisi semel a magnate cognitam: ut bene docent *Sotus, Ledesf. Alcocer, Molina, Lud. Lopez, Guttier, Bannes Salon Manuel, ibi Capua lib. 4. decis. cap. 123. n. 10.* Non tamen esset fraus, quando asseveret se perdite deamare. Quia hanc esse mulierculam fraudem, latet neminem. Sic *Sotus, Ledesma, Gutt. Lud. Lop. ibid.*

3 Ad arg. dic, concupiscentiam excæcare mentem, ut non juxta rectam rationem, & prudenter actus fiat: non tamen involuntarie efficiatur.

DISPUTATIO XII.

An metus cadens in virum constantem, injuste incussus, irritet matrimonium.

SUMMARIUM.

Cui usui sit hæc quæstio, post Tridentinum, num. 1. Et dividitur metus in procedentem ab intrinseco, vel ab extrinseco, & in inconcussum ad extorquendum matrimonium, vel ob aliam causam, 2.
Qualescumque metus non incussus ad extorquendum matrimonium non irritet, 3.
Matrimonium contractum cum concubina, metu præsentaneæ mortis, ex morbo, naufragio, &c. valeat, 4.
Idem, medicis dicentibus contrahentem obituum ni ducat uxorem, propter humoris abundantiam, 5.
Valet matrimonium detrusi in carcerem, si non ad id detrusus sit, 6
Idem de contracto a captivo apud hostes, num. 7. Et ibi an possit hic constituere procuratorem ad matrimonium contrahendum.
Valet matrimonium, cum morte damnatus eligit ducere meretricem, ut mortem evadat, 8.
Idem si alius ei offerat immunitatem, si talem feminam ducat, 9.
Idem, si judex capto juste, mortemque timenti vitam condonet, si ducat judicis ipsius filiam, aliquin ei mortis pœnam minetur, n. 10. Et quid, si injuste damnatus sit, 11.
Quid de consuetudine, ut vir remittat adulterium uxori, si profiteatur in religione? vel ut homicidæ damnando ad mortem, remittant consanguinei crimen, dummodo filiam occisi ducat, 12.
Valet matrimonium, si princeps obsessus offerat obsidenti filiam in uxorem, si obsidionem solvat, nisi alter eo fine objedisset, 13.
Quid si parentes, aut consanguinei vellent interficere juvenem in stupro inventum, & is eo timore stupratam duceret, 14.
Valet matrimonium ægri lethali morbo oppressi, cum filia medici initum, nolentis alter ipsi mederi, 15.
An matrimonium metu viri constantis, injuste incussi, ad illud extorquendum, sit validum? referuntur duæ sententiæ, num. 16. & 17.
Matrimonium tali metu initum, est nullum in utroque foro, num. 18.
Idem est a quocumque incutiatur ille metus, num. 19. Et ibi intelligitur, quando alter ducitur eo metu ad contrahendum.
Quid si non sit metus ad certam feminam ducendam, sed inceriam de certis, 20.
Quid, si id matrimonium initum sit in præsentia amicorum & consanguineorum, 21.
An constitutio procuratoris ad matrimonium, vel alia negotia, metu facta valeat, nu. 22. Et explicatur c. Accedens, de procur.
An dotis, & arrharum promissio, & solutio metu facta valeat: & an valeat pœna adjecta contractui dotis, num. 23. Et ibi, explicatur l. Si mulier, §. Si dos, ff. de eo quod metus causa.
Quid, de distractu dotis metu facto, 24.
An uxor metu promittens dotem, teneatur dotem denuo constituere, 25.
Solvuntur argumenta, 26.

1 HActenus disputavimus, qualiter metus irritet ceteros contractus, pariatque restituendi obligationem. Jam qualiter ipsum matrimonium irritet, disputandum est. Supponendum est 1. non esse inutilem hanc disputationem, post Tridentinum, prout male existima vit *Palacios 4. d. 29. disp. un. f. 663. §. Hæc porro omnia*: ducituque ea ratione, quia cum jam matrimonia coram parocho, & testibus, celebranda sint, non erit coram eis coactioni locus. Sed fallitur: quia potest procedere comminatio mortis, vel alterius mali gravis, antequam interfint parochus, & testes, & durante ea metus causa, coram illis matrimonium iniri, ignorantibus metum.

2 Supponendum est, duplicem esse metum: quidam est incussus ab intrinseco, vel a causis naturalibus, ut a morbo, tempestate, feris animalibus, (ab his enim metus incussus dicitur ab intrinseco, quia incutitur per modum naturæ, id est, non per actum liberum: ut recte animadvertit *Sotus 4. dist. 29. q. 1. ar. 3. vers. Hinc primo colligitur.*) Altero vero est ab intrinseco, id est, a causa libera. Ut dum quis incidit in latrones, mortem comminantes. Rursus hic metus adhuc est duplex, quidam incussus a causa libera, sed non gratia matrimonium extorquendi, sed alia de causa. Alter vero incussus gratia extorquendi matrimonium: & hic potest incuti juste, ut dum minans comminatur malum, quod juste inferre potest, ut justam delicti accusationem. Vel injuste, ut si malum illud injuste inferat, ut privata auctoritate necare. In præsentiarum ergo non disputamus de metu incusso a causa libera juste, ad extorquendum matr. quia de hoc est habendus sermo, disp. seq. sed quando injuste.

3 Hac ergo in re est quædam conclusio certissima apud omnes, nempe, quotiescumque metus non est incussus ad extorquendum matr. sive proveniat a causa naturali, sive libera quamtumvis gravissimus sit, non reddit irritum matr. Prob. quia tunc non impellitur homo ab alio ad matrimonium, sed a se ipso: cum nullus tunc exigat matrimonium, sed voluntarie id contrahens eligit, tanquam medium ad evadendum periculum animæ, vel corporis. 2. Quia involuntarium quod in eo matrimonio invenitur, non est intentum ab incutiente metum, sed tantum habet occasionem ex ipsius nequitia. 3. Quia votum emissum ex simili metu validum est: at probatur ex *c. Sicut nobis, de regul.* ubi votum factum a morbo laboranti, mortis timore dicitur obligare, & *n 21.* populus Israel victus a Chananæo, voto se obligavit, & votum judicatur validum. Et de quacumque tribulatione ait David, *Reddam tibi vota mea, quæ locutum est os meum in tribulatione mea*. Et constabit ex corollariis inferendis.

4 Ex hac conclusione primo infertur, matrimonium contractum cum concubina, metu præsentaneæ mortis, ex morbo, aut naufragio, aut fera bestia, aut inferni timore, esse firmum. Quia is metus non infertur a causa extrinseca libera, ad extorquendum matr. Sic *Sotus 4. dist. 29. q. 1. ar. 3. vers. Hinc primo colligitur Covar. 4. decr. 3. p. c. 3. §. 4. n. 16. Ant. Cucus lib. 5. inst. major. t. 12. n. 118. Palac. 4. d. 29. disp. unic. vers. Septimo dicito, Angles floribus 1. par. materia de matrim. qu. 3. de consensu coacto, art. 2. disp. 2. fol. 547. Bart. a Ledesm. dub. 23. de matrim. fundam. 5. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 9. num. 1. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 231 num. 1. Corona confessorum 4. p. c. 8. de matrim. tit. de impedim. violentiæ, n. 29. vers. Sed est hic valde advertendum, Philiar. de offic. sacer. t. 1. p. 2. l. 2. c. 8. Petr. de Ledesf. de matrim. q. 47. art 3. dub. 1. Candel. sacram. 2. par. materia de matrim. nu. 62. Ludov. Lop. 1. part. instruct. novi, materia de matrim. c. 40 fol. 1067. §. Præterea pro hujus materia.*

5 2. Infertur, si medici asserant, quempiam obiturum ob humoris abundantiam, nisi ducat uxorem, valere matrimonium. Quia metus est ab intrinseca causa naturali. Sic *Led. 2. p. 4. q. 49. art. 3. f. 456. col. 4. §. Sed contra hoc est argumentum*, junctis duobus *§. seqq. Sotus, & Lud. Lop. n. 4. cit.*

6 3. Infertur, matrimonium contractum per detrusum in carcere, si non animo extorquendi matr. detrusus sit validum esse. Quia quamvis metus carceris gravis sit, ac proinde reddat nullos contractus incarcerati, *l. Qui in carcerem, ff. de eo quod metus caus.* & subinde matrimonium deberet esse nullum: quia tamen metus is non incutitur gratia matr. extorquendi, validum est. Sic *Innoc. x. ap. Cum locum, n. 2. de sponf.* ubi *Hosf. paulo post princ. Joan. And. n. 2. Anton. nu. 11. Card. nu. 3. Abb. num. 9. Henric. num. 3. Præpos. num. 12 Guttier. de juram. 1. p. c. 57. n. 4. & 5.*

7 4. Infertur, minus bene *Innoc. c. Cum locum, de sponf. n. 2.* quem sequitur *ibi Hosf. paulo post princ.* asseruisse matr. captivi apud hostes esse invalidum: eo quod servus est. Verum hoc longe

longe a veritate abest. 1. quia quoad matr. contrahendum, servitus nil obest, ut constat ex *toto tit. de conjug. servorum* 2. quia is metus captivitatis, quamvis in virum constantem cadat, minime tamen ad matrim. injectus est. Tandem, quia *c. Dominus, de secund. nupt.* Lucius III. scribens captivis apud Saracenos detentis, permittit illis matrim. copulari, modo de priorum conjugum obitu certi sint. Et ita Innocentium reprobant *Jo. Andr. eod. tit. Cum locum n. 2. Anton. n. 11. Carden. fine, Abbas n. 9. Henric. n. 3. Alex. de Nevo n. 13 idem Joan. And. d. c. Dominus, nu. 2. Ant. ibi n. 2. Anch. n. 3. Abb. n. 3. Alex. de Nevo n. 3. Præpos. nu. 1.* Nec placet moderatio *Abbatis eo c. Cum locum, n. 9. & Præpositi, eo c. Cum Dominus, n. 1.* ubi sequuntur Innoc. ita illum intelligentes: ut captivus possit uxorem ducere, minime tamen constituere procuratorem, qui nomine ipsius matrimonium ineat: per *c. Accedens, de procur.* Sed contrarium est verissimum, & commune: ut refert, & sequitur *Alex. de Nevo d. c. Cum locum, n. 14.* Nam constitutio procuratoris non majorem libertatem desiderat, quam ipsum matrimonium: si ergo ea captivitas non tollit libertatem ad matrim. a fortiori nec ad procuratoris constitutionem. Nec obstat *d. c. Accedens*, qui ad summum probat constitutionem procuratoris, liberam esse debere: (quod an ita sit, dicemus nu. 22.) in præsenti autem eventu, libera est: cum captivitas non ordinetur, ut procuratorem captivus constituat.

8 Infertur validum esse matrim. dum morte damnatus quo incolumis evadat, ducit meretricem, juxta morem, aut statutum aliquarum regionum. Quia is metus non eo tendit, ut matrim. ineat, sed propria sponte, damnatus id evadendi medium eligit. Sic *Sot. vers. Exurgunt hic tamen, & Ledes. Covar nu. 17. Ant. Cuc. nu. 118. Lud. Lop. §. Jam ex prædictis liquet. Angel. Philiar. Palac. vers. Nono respondeo, Candel. n. 63. Bar. a Led.* ubi eos n. 4. retuli. *Sebast. Medic. de casib. fortuit. q. 7. 75. habetur t. 7. tr. noviorum, Enriq. l. 1. de matr. c. 6. n. 5. Cord. sum. q. 171. punct. 1.*

9 6. Infertur idem esse dicendum, etiamsi ipse damnatus minime offerat matrimonium, sed alius ei promittat immunitatem ab ea pœna, si certam feminam ducat. Quia tunc nullus metus incutitur ad matrimonium extorquendum, sed metus aliunde incussus aufertur, oblata illa conditione. Sic *Sotus, Ant. Cucus n. 116. Lud. Lop. §. Jam ex prædictis liquet. Pet. de Led. concl. 4. Enriq. n. 2. Corona confessorum*, ubi hos n. 4. allegavi *Verac. 1. p. specul. art. 8. ad fin. dub. 3. Cord. sum. qu. 171. pun. 1.*

10 Imo si ipse judex capto juste, mortemque timenti, vitæ condonationem promittat, si ducat ipsius judicis filiam, aut aliam feminam, alioquin ei mortem juste inferendam comminetur, valet matrim. Quia metus non injicitur ad matr. ineundum, sed jam conceptus aufertur, traditurque evadendi periculum modus. Sic *Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 15. Guttier. de juram. 1. p. c. 57. n. 9. Vega l. 3. sum. cas. 236. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 40. f. 1058. vers. Ad secundum vero casum*, intelligens quando præsentaneam, certamque mortem timebat, vel aliud malum grave. Idem videtur tenere *Petr. de Led. de matr. q. 47. art. 3. dub. 1. concl. 3. v. Ex hac conclusione*, ubi ait valere matrimonium, si juste judex condemnans homicidam, nolit condonare vitam, nisi ducat uxorem occisi. Quare non est audiendus *Angles floribus 1. p. de matr. qu. 3. de consensu coacto, art. 1. diffic. 2. concl. 3. f. 548.* ubi ait, si judex latroni suspendendo, pœnæ remissionem promittat, hac conditione, ut aliquam ducat, non valere matrim. Videturque idem tenere *Sotus 4. d. 26. qu. 1. art. 3. vers. Ex his*, quem sequitur *Bart. a Ledes. dub. 23. de matrim. fundam. 5.* ubi dicunt, si Princeps ei, quem juste potest pœna capitis plectere, se eam pœnam illaturum promittat, nisi hanc duxerit, non valere matrimonium. Quia ad hunc finem incussus est metus. Sed intelligendus est *Sotus*, quando incutitur is metus alias nihil timenti, sed spem evadendi probabilem habenti. Et ita intelligit eum *Lud. Lop. proxime citat.*

11 Et quamvis hi DD. videantur limitare, quando is juste captus erat, morsque juste inferenda erat, expresse enim sic loquuntur *Covar. Gutt. Petr. de Ledes. Vega, n. præc. alleg. & Palac. 4. d. 29. disp. un. ad fin. vers. Nono respondeo*, ait forte non valere matrim. quando illud injuste suspendendus eligit, quo mortem evadat. Et *Veracr. 1. p. specul. art. 8. dub. 3. §. Clarissime ex hoc sequitur*, sentit non tenere matrimonium, quando injusta esset condemnatio, secus quando juxta allegata, & probata. Ceterum existimo parum referre ad matrimonii hujus valorem, sive juste, sive injuste damnatus sit. Quia hoc matrim. ex eo non redditur irritum ob hunc metum, quia metus non injicitur ad illud extorquendum, sed metus jam conceptus aufertur: ergo impertinens est, an metus ille conceptus fuerit ex causa justa: necne. Solus enim metus injuste illatus ad extorquendum matrimonium, illud dirimit: ut dixi n 3. Et confirm. amplius, quia si quidam tertius offerret illam immunitatem ab ea justa morte, valeret utique: ergo idem dicendum est, licet ipsemet judex offerat. Quia quando metus vitiat matrimonium, idem est a quocumque ille inferatur (ut dicemus num. 19.) & ita *Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 15.* ubi dixit, si judex mortem juste inferendam, illam jam timenti, comminetur, nisi filiam ejus ducat, valere matrim. eo quod metus non infertur, sed aufertur: subdit hæc, *qua ratione perpensa, hac in re arbitramur quoad matrimonium, potius fore considerandum, an metus sit illatus, necne quam quod juste inferatur.* Idem aperte volunt *Ant. c. Cum locum n. 11. de spons. & ibi Præpos. n. 12.* ubi disputantes utrum matrim. intrusi in carcerem injuste, cum femina detrudente contractum, timorem carceris illius injusti, validum sit? distinguunt, si metus ad finem contrahendi matrimonium illatus sit, non valet: secus si ad alium finem, ergo metus ex causa injusta conceptus, non vitiat matrim. irritum cum ipsomet incutiente, vel cum alio, si ad eum finem incussus non sit. Et ita in nostro casu, cum judex promittens impunitatem reo, sive juste, sive injuste mortem timenti, si ejus filiam ducat, non metum inferat, sed potius metum jam conceptum auferat, immunitatemque offerrat, nihil refert, sive metus juste, sive injuste conceptus sit. Et ita tenent *Corduba sum. qu. 171. pun. 1. §. Mas no obstante, Manuel 1. t. sum. edit. c. 231. n. 1.* Idem constabit ex dicendis, nu. 13. & 14. ubi in similibus eventibus injusti metus, dicemus non vitiari matrimonium: eo quod incussus minime sit ad eum finem.

12 7. Infertur, quo pacto æquitas consuetudinis ubique vigentis defendi valeat, ut plectendo capite, aut alio gravi supplicio, condonetur vita, aut ea pœna a consanguineis occisi, ea lege ut filiam occisi, aut aliam ejus consanguineam ducat, & similiter, dum vir de adulterio uxorem accusat, solet mortis pœnam remittere, si religionem profiteatur. Quamvis enim hic metus in virum constantem cadat, non irritat matrimonium, aut professionem: eo quod non incutitur ad finem extorquendi matrimonium, aut professionem, sed ad delicti punitionem: & potius metus jam conceptus aufertur, oblata timenti norma, qua immunis a pœna evadat. Sic tenent *Navar. lib. 3. cons. in 1. edit. tit. de regul. cons. 27. n. 2. & 3. in 2.* vero *lib. 1. tit. de his quæ vi, cons. 8. n. 2. & 3. Manuel 2. tom. sum. c. 8. n. 10.* ubi ajunt, si condonetur vita alicui, ea lege ut religionem profiteatur, esse firmam professionem: & ita ait *Navar.* solitos esse Pontifices eadem conditione pœnas delictis debitas remittere. Et quamvis hi DD. ea ratione usum approbent, quia metus juste incussus non vitiat actum. At tutius, & verius, hac via, & ratione defenditur prædictus usus. Quia metus non incutitur ad professionem, vel matrim. extorquendum, sed metus jam conceptus aufertur. Fundamentum enim, cui prædicti auctores innituntur, non firmum est: gravis enim est difficultas, an metus juste incussus vitiet: ut videbimus disp. seq.

13 8. Infertur, si princeps obsessus matrimonium offerat cum filia obsidentis, ut sic animi concilientur, obsidionemque solvat, validum esse. Quia obsidio non erat ad eum finem, secus si extorquendi matrim. gratia obsidio esset. Sic *Sotus 4. d. 29. qu. 1. art. 3. vers. Hinc primo colligitur, Ant. Cuc. lib. 5. instit. major. tit. 12. n. 117. Bart. a Ledes. dub. 23. de matrim. fundam. 5. Angl. florib. 1. par. de matrim. qu 4. de consensu coacto, art. 1. diffic. 2. fol. 547. Petr. de Ledes. de matrim. q. 47. art 3. dub. 1. concl. 4. Vivald. Candel. 2. part. de matrim. nu. 61. Lud. Lop. 2. part. instr. de matr. cap. 40. § Jam ex prædictis liquet. Vega lib. 2. sum. cas. 207.* Quod quidem verum est, quamvis injusta esset obsidio: ut probat ratio allata. Et ita docent *Petr. a Led. Lud. Lop. Bart. a Led. ibi.*

14 9. Infertur, si parentes, aut consanguinei interficere vellent in stupro inventum, & ipse sua sponte, & a nemine exactus offerat matrim. cum stuprata, ut mortem vitet, validum esse. Quia injuria comminatæ mortis, cum non inferatur ad extorquendum matrimonium, per accidens se habet ad illud. Item quia injuria, & metus non tendebat ad matrim. sed ad mortem, & ita nulla coactio circa matrim. versetur: secus si parentes, aut alii minarentur mortem, nisi eam ducat. Sic *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 9. n. 2. Angles, f. 458. & Vival. Candel. sacram. nu. 64. citati n. præced. Corona confessorum 4. part. materia de matr. c. 8. tit. de imped. violentiæ, n. 29. §. Sed est hic valde advertendum.* Valde tamen videtur adversari huic doctrinæ, quod tradunt *Pet. de Barbobus inter cons. matr. Zileti cons. 24. nu. 14. Alex. Tartagnus inter eadem consilia, cons. 21. n. 5. Anton Cucus lib. 5. inst. major. t. 12 n. 160.* ubi docent, non tantum metum cadentem in virum constantem, actu minis illatum, irritare matrimonium, sed etiam justam talis metus suspicionem. Ut si quis deprehensus a patre, & consanguineis puellæ in stupro, timens fore ut occidatur, ducat puellam. Idque non obscure probat *l. Nec minorem, 7. vers. Proinde, el 2. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *proinde si quis furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel aliquid dedit, vel se obligavit, Pomponius lib. 18. recte scribit, posse eum ad edictum hoc pertinere, timuit enim vel mortem, vel vincula:* Item quia (ut dixi hoc 4. lib. disp. 1. n. 17.) suspicio metus inferendi incutit metum viri constantis. Sed hæc doctrina ne nostro corollario adversetur intelligenda est, quando deprehensus in eo delicto timet fore, ut metu mortis cogatur ad id matrim. Quia tunc est probabilis suspicio metus inferendi ad extorquendum matrim. & proinde cum is sit metus viri constantis, tendatque ad eum finem, vitiabit matrimonium. Secus quando non est probabilis suspicio metus inferendi ad eum finem, sed ad vindictam de stupri injuria sumendam, & stuprator sua sponte matrim. cum illa offerat, ut injuriæ, pœnæque veniam impetret.

15 Ultimo infertur, matrim. contractum ab ægro morbo lethali oppresso, cum filia medici, aliter ei mederi nolentis, esse validum. Quia medicus minime mortis timorem incutit, sed morbus ad matrim. petit tanquam stipendium. Sic *Sotus Bart. a Led. Lud. Lop. quos n. 13. retuli. Corona confess. alleg. nu. præc. Cord. sum. qu. 171. pun. 1. Vega l. 2. sum. cas. 281.*

16 His præmissis difficultas est, an metus cadens in virum constantem, injuste illatus ad extorquendum matrim. illud irritum reddat in utroque foro? Qua in re *Card. c. 2. de his quæ vi, q. 1.* asseruit matr. metu hoc contractum, non esse ipso jure nullum, sed rescindendum: instar aliorum contractuum metu initorum, qui ipso jure validi sunt, quamvis rescindendi per judicem sint: (ut diximus disp. 8. n. 4.) Et probatur ex *c. consultationi, de sponsal.* ibi, *sed de illato metu est cum diligentia inquirendum, & si talis metus inveniatur illatus, qui potuit cadere in virum constantem, erunt non immerito audiendæ.* Ergo metus non irritat ipso jure matrim. sed femina metum passa audienda est ut matr. irritetur. 2. Quia non videtur major ratio de matr. quam de aliis contractibus: cum omnes contractus mutuo consensu perficiantur. 3. Quia alia sacramenta, ut Baptismus, Confirmatio, Ordo, Extrema Unctio, suscepta metu, valida sunt: ergo & matr. Cujus sententiam omnes Theologi, ac juris Pontificii DD. tantam omnino falsam reprobant: & specialiter *Abb. c. Cum locum de spons. n. 6.* Nam ceteri contractus, etsi semel validi sint, possunt per judicem facile ob metum illatum rescindi: at matr. semel validum, cum sit sacramentum indissolubile, nisi ante consummationem, per religionis ingressum, vel dispensationem Pontificiam, non posset judex rescindere. Item, quia facile consummaretur, & tunc nulla esset in terra potestas illud dissolvendi. Quare non bene consultum esset per Ecclesiam, metum passis in matrimonio. Constabit etiam ex textibus, quibus probabitur nostra sententia, n. 18.

17 Alii vero, quos refert *D. Thom.* tacito nomine *4. d. 29. q. unic. art. 3. quæstiun. 1. corp.* asserunt, tale matr. si re vera adsit consensus, quamvis coactus, validum esse in foro conscientiæ, & solum in foro externo irritum esse. Prob. quia Ecclesia præsumit illum, qui cogitur contrahere, mendaciter protulisse verba, & absque consensu interno: ergo ubi vere consensus est, cum esset præsumptio, erit verum matrim. Prob. antecedens, ex *c. Cum locum, de spons.* ubi redditur ratio, cur matrim. coactum, sit nullum: quia matrim. solo consensu perficitur, & ubi coactio est, deficit consensus. Ergo si re vera adsit consensus, valebit matrim. Et confir. quia ad internum consensum in matrim. non potest dari coactio, sed solum ad probationem verborum: ergo si vere est consensus internus, is est liber. Ergo matrim. eo consensu contractum, liberum erit, & consequenter validum quoad Deum. 2 Prob. quia metus peccati mortalis, & inferni, cum sint summa mala culpæ, & pœnæ, cadit in virum constantem, & tamen non irritat matrim. Ut quando quis eo quod tenetur sub mortali, ut quia dedit fidem, vel quia præcipit pater, casu quo potest præcipere, contrahit: ergo. Pro hac sententia inveni citatum apud *Scotum 4. d. 29. q. un. in margine, Goffredum de Fontibus, quodlib. 13. qu. 15.*

18 Sit tamen conclusio adversus utramque sent. matrim. contractum metu cadenti in constantem virum, ad eum finem injuste incusso, est nullum in utroque foro. Hanc conclusionem admittunt DD. utriusque juris, specialiter DD omnes juris Pontificii, *c. 2. de his quæ vi, & c. Cum locum de spons.* ubi id matrim. absolute irritum esse docent, quamvis ipsi non explicent specialiter, etiam in foro conscientiæ. Sed id expresserunt *D. Thom. 4. d. 29. q. un. art. 3. quæstiun. 1. corp.* ubi *D. Bonav. q. 1. n. 5. Scotus q. un. §. Hic dicitur, Durand. q. 2. n. 7. Ricar. art. 1. q. 1. Paludan. q. un. art. 3. concl. 1. n. 17. Sot. q. 1. art. 3. vers. Refutatur tamen, D. Ant. 3. p. t. 1. c. 7. paulo post princ. Arboreus lib. 11. theosoph. c. 15. vers. Respondeo percunctationi, P. de Soto lect. 3. de matr. §. Tertio etiam ex eod. Enriq. l. 11. de matr. c. 9. n. 1. Aragon 2. 2. q. 88. art. 3. §. Hoc constituto sit 1. concl. Philiar. de offic. sacer. t. 1. p. 2. cap. 6. Maur. Ant. Corona confess. 4. p. c. 8. de matr. tit. de imped. violentiæ, 29. § Sed difficultas est, Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 231. nu. 1. Bart. a Led. dub. 23. de matrim. post 2. concl. §. Annotare oportet, Lud. Lop. 2. part. instr. de matr. c. 40 f. 1063. §. Deinde quæritur.* Et ex jurisperitis, *Silv. matr. 8. qu. 11. dicto 3. Tab. v. Impedim. imped. 9. n. 3. Navar. sum. c. 22 n. 51. ad fin. Alex. Carrier. lib. 4. de spons. c. 9.* Et probatur ex *c. Cum locum, de spons.* ubi rogatus Pontifex super matrim. cujusdam puellæ, duo enim cives Papienses illam petebant, & uterque contendebat se cum illa matrim. contraxisse, timebatque puella sibi metum inferendum: & definit Pontifex in loco tuto esse reponendam, dum causa definitur. Redditque rationem, quia matrim. solo consensu perficitur, qui non invenitur, ubi adest timor cadens in virum constantem: ergo clare sentit Pontifex consensum illum voluntarium, qui reperitur ubi adest prædictus timor, sufficientem non esse ad valorem matrim. 2. Prob. ex *c. Veniens: el 2 de spons.* ubi est casus, quidam contraxit sponsalia cum puella, & accessit ad ipsam, postmodum inventus cum alia, coactus est ipsam ducere per verba de præsenti: quæsitum est a Pontifice, utrius harum esset maritus? Et respondet Pontifex his verbis, *si inveneris quod primam post fidem præstitam cognovit, ipsam cum eo facias remanere: alioquin secundæ, nisi metu coactus, qui possit in virum constantem cadere, eam desponsaverit, adhærere facias ut uxori:* ergo clare definit matr. tali metu contractum esse irritum. Idem expresse definitur *cap. significavit, de eo qui duxit in matr.* ubi est casus. Quidam metu compulsus duxit uxorem, deinceps propria sponte aliud iniit matrim. & rogatus Pontifex utrum horum validum sit? respondet, *Si constiterit, quod tanta vis eidem illata fuerit, quod non sponte in primam consenserit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in uxorem accepit, revertendi liberam tribuas facultatem.* Ergo prius matr. ratione metus fuit omnino irritum: alias non daretur libera facultas permanendi in posteriori, sed invalidum prorsus esset. 3. Prob. ratione *D. Th. prox. cit.* decisiones horum textuum non inniti falsæ præsumptioni defectus consensus, atque ita procedere in utroque foro. Quia Ecclesia nullum præsumit delinquere in aliquo facto, nisi per legitimas probationes id constiterit, *leg. Marito, ff. pro socio:* semper enim Ecclesia præsumit pro meliori parte, *c. Estote misericordes, de regul. jur.* qua ratione olim sponsalia transibant in matrim. per copulam, *c. Is qui fidem, de spons.* præsumebat enim Ecclesia accessum animo maritali, ut fornicationis præsumptionem effugeret: sed exprimere verba absque interno consensu, est peccatum mendacii: ergo Ecclesia non præsumit contrahentes interius non consentire. Hanc rationem impugnat *Duran. 4. d. 29. q. 2. n. 5.* Quia Ecclesia quandoque præsumit deterius, ut in favorem 2. matrimonii publice contracti, præsumebat mentiri asserentem prius se cum alia clam contraxisse. Sed hæc impugnatio non obstat. Quia Ecclesia ex duobus malis minus præsumit: ut multis citatis probat *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. n. 24. & seqq.* Et ratio est, quia ex duobus malis minus est eligendum, *c. Cum David. & cap. Si aliquid, 22. & c. Duo mala, 23. dist.* Quia ergo minus malum est, hinc mentiri, quam bis matrim. iniri, ideo merito in illo casu præsumit Ecclesia illum mentiri. At in nostro casu nulla est necessitas præsumendi delictum: unde merito Ecclesia præsumit internum consensum, ne mendacium præsumatur. Tandem probatur, quia convenientissima fuit irritatio talis matrimonii in utroque foro. Primo, quia matrim. significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quæ per liberum amorem fit. 2. quia metus adversatur debitæ sobolis procreationi, quæ est matrim. finis: hæc enim matrimonii indissolubilitatem, mutuamque conjugum habitationem petit: cui repugnat metus. Cum enim vi conjungantur, deficit mutuus amor, atque ita facile conjuges separabuntur. Quod enim aliquis non diligit, facile contemnit, *20. q. 3. cap. præsens.* Ultimo quia matrimon. coacta infelices exitus habent, *c. Requisivit, de spons.*

19 Nihil autem refert, ut matrim. metu initum, irritum sit, sive metus inferatur per contrahentem, sive absque ejus culpa, & scientia, per quemcumque alium. Et ratio est, quia metus irritat matrim. eo quod tollit libertatem consensus, *c. Cum locum, de spons.* Sed non minus tollit, sive per contrahentem, sive per alium inferatur: ergo non minus irritat. Item, quia idem metus, qui sufficit ad rescissionem aliorum contractuum, sufficit ad rescissionem matrim. (ut diximus hoc 4. lib. disp. 6. n. 2.) sed alii contractus rescinduntur ob metum per quemcumque illatum (ut probavi hoc lib. 4 disp. 8. n. 7.) ergo & matrimonium. Item quia *c. Veniens, el 2. de spons.* declaratur matrim. fuisse irritum, metu contractum, cum tamen neuter ex contrahentibus metum illum intulerit, sed parentes alterius. Quid autem, si metus non inducat ad contrahendum: quia alias metum passus vult, dixi hoc lib. 4. disp. 4. n. 2.

20 Dupliciter potest limitari conclusio posita, ut matrimonium metu contractum, irritum sit. 1. limitatur, quando cum certa femina cogitur aliquis contrahere: secus quando cum incerta, de certis: ut cum aliqua ex filiabus Petri. Et ratio est, quia cum electio sit matrim. spirituale, valet arg. ab ea ad matrimonium (ut late *Everardus in suis topicis, loco a matr. spirituali, ad carnale*) sed quamvis electio metu facta nulla sit, *cap 3. §. Ceterum, de elect. in 6.* valet, quando non est alicujus determinati, sed alicujus ex certo personarum genere: nec tunc habet substantialia electionis, cum sit inter plures: ergo similiter valebit matrimonium, ubi aliquis non cogitur cum certa persona contrahere. 2. Quia inter plures datur consensus electivus, *l. Servi elect. ff. de legat. 1.* ergo cum eligat unam personam, potius quam aliam, dabitur consensus electivus, & ita libertas, & subinde tali coactione extortum matrimon. validum erit, tanquam libere factum. Sic docet *Abb.* posse attentari, quamvis satis dubium sit, *c. Cum terra, de elect. n. 4.* & tenent *Præpos. c. Cum locum, de spons. n. 7. & 6.* & ibi *Cochus, Immol. cap. Tuæ, de sponsal. col. 15. Felin. cap. In præsentia, n. 37. de probat. Jason. l. Titia, nu. 6. ff. de verb. oblig. Cosmas pragmat. sanct. tit. de elect. §. Ad tollendum, vers. Livere, Silva nuptialis, l. 2 n. 119. Joan. Lup. cap. Per vestras, de donat. inter vir. & uxor. notab. 3. §. 11. n. 1.* Ceterum hæc limitatio omnino rejicienda est: & dicendum irritum esse matrim. quamvis contrahens cogatur cum incerta de certis contrahere. Probat. quia matrim. debet plena libertate gaudere, *c. Cum locum, de sponsal.* quod hic minime contingit, cum contrahens in sua plena libertate constitutus, seclusoque omni metu, nullam ex iis eligeret in uxorem. Item, quia ratio irritationis matrim. coacti, habet locum in hoc casu, ne scilicet infelices exitus habeat: cum enim hic contra suam voluntatem cogatur, unam ex illis eligere in uxorem, timendum est de infelici exitu. Nec obstant rationes oppositæ. Non 1. quia quicquid sit de electione, an tunc valeat; est dispar ratio in matrim. nam aliæ electiones possunt a lege restringi ad duos, ita ut alterum ex illis tantum fas sit eligere: matrimon. tamen adeo liberum consensum exigit, ut nulla lex possit ad numerum certum restringere. Non obstat etiam secunda ratio, quia illa libertas non est plena, sed respectiva, quæ ad matrimonii valorem minime sufficit: omnis enim consensus quovis modo extortus, est liber respective, cum potius voluntas eligat illud matrim. quam pati malum comminatum. Et ita hanc sent. tenent *Fortun. de ult. fin. illat. 21. n. 428. & seqq. Bald. & Philipp. Lusitan.* quos refert, & sequitur *Covar. 4 decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 8. Padilla l. Interpositas, n. 6. Cod. de transact. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 12. n. 127. Philiar. de offic. sacer. t. 1. p. 1. l. 2. c. 8. paulo post princ.*

21 2. Posset limitari conclusio, nisi matrim. contractum sit in consanguineorum, & amicorum præsentia. Quia tunc cessat metus: ut aliqui tribuant *Bart. l. fin. num. 4. ff. Si quis aliquem test. prohib.* Unde consulit *Bart.* testamentum fieri coram consangui-